This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

872.3J
R612

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI IV FASCICVLVS I

CASINAM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXC

T. MACCI PLAVTI

CASINA

RECENSVIT

FRIDERICVS SCHOELL

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI IV FASCICVLVS I

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXC

LIBRARY
OF THE
LELAND STANFORD JUNIOR
UNIVERSITY.

A 4224

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

VIRO · CLARISSIMO · CANDIDISSIMO

HERMANNO · RASSOW

GYMNASII · VIMARIENSIS · QVONDAM · PRAESIDIO
DE · HVMANITATIS · STVDIIS · OPTIME · MERITO
MORALIVM · ARISTOTELIS · EMENDATORI · SAGACI

HANC · FABVLAE · PVRGATAE · NON · PVRAE · EDITIONEM

D · D · D

FRIDERICVS · SCHOELL

OLIM · ALVMNVS
SEMPER · GRATVS

PRAEFATIO

CLERVMENOE Diphili quam latine Casinam fecit Plautus non nisi per barbarum poetam innotuit: nam ex graeco exemplari ne verbum quidem servatum est neque ullum ex incertae sedis fragmentis Diphilianis huic fabulae vindicari potest.*) At Plautina fabula nosmet videmus iam quam valde placuerit: quam et aequales Titi Macci iuniores probarunt, cum senescens doceret**) non sine lascivia iuvenili, et qui annis triginta fere post mortem poetae pro novis studiose expetebant veteres fabulas primam spectarunt, itemque certatim imitati sunt qui post renatas litteras antiquas scaenae operam dabant restaurandae, velut Hieronymus Berrardus***), Nicolaus Macchiavellius†), Ludovicus Dulcis

*) Nam verum non est quod Ladewigius contendit Mus. Rhen. III p. 186 fragm. 21 M. [102 K.] *ἀνδρὸς φίλον καὶ συγγενοῦς γὰρ οἰκίαν | αὐτοῦ νομίζειν δεῖ τὸν ὀρθῶς συγγενῆ* cum veri similitudine tribui posse Alcesimo in scaena III 1. Haec enim verba aperte eius sunt qui alterum castiget potius propterea quod amici cognatique domum pro sua non habuerit: neque omnino cognatus est Alcesimo Lysidamus. Quod vero 'incertiore ratione' cum v. 616 sqq. comparavit fragm. 26 M. [107 K.] illi loco minime convenit sententiamque praebet generalem aliis argumentis multo accommodatiorem. Contra recte Ladewigius monuit p. 194 cum alia prae se ferre originem Diphilianam tum summam intercedere inter scaenam II 6 et Rudentis IV 4 similitudinem.

**) Cf. Ritschelius Parerg. p. 180—204. XVIII (adde Opusc. II p. 659 sq. et Mommsenum hist. Rom. I[6] p. 892).

***) Notandum ex huius imitatione, quod inducto Euthynico [Teuthuirinico] ita fere argumentum pertractavit, ut Diphilum dedisse Ladewigius l. s. s. p. 191 demonstrabat ipsumque adeo ab initio Plautum conformasse Teuffelius opinabatur 'Stud. u. Char.' p. 257 sqq.: vide infra p. IX. Ceterum errat Vssingius vol. III p. 128 Ladewigium 'istam fabulam a posterioribus retractatam' habere contendens, cum ille de Plauti ipsius mutationibus disputet.

†) Memorabile videtur, quod in scaena III 5 eam particulam omi-

eumque secutus Petrus Lariveius, aliique, de quibus diligentius nuper Reinhardstoettnerus exposuit.

Iam cum certum sit ex prologo nos exemplar tenere ex ea aetate, qua fabula relata sit, tamen retractationis scaenicae vestigia nequaquam tam conspicua sunt, quam in Bacchidibus, Milite, Poenulo, Pseudolo, al. Dittographiam enim vix unam cum aliqua probabilitate deprehendimus ac de paucissimis tantum versibus singulis*) suspicionem moverunt homines suspicacissimi. Velut Guietus tres tantum in hac fabula proscripsit versus: atque v. 119 rectissime, v. 961 sq. ineptissime, denique v. 1003 vix recte, quamvis iudicio subscripserint viri primarii. De versibus nonnullis ab aliis damnatis sobrie, ut solet, considerateque iudicavit Langenus Stud. Pl. p. 278 sqq. (cf. p. 28 sqq.) saepius integritatem fabulae praedicans.

Et hic rerum status et canticorum non exiguus ambitus respiciendi erant eis, qui mirati sunt**) 'longam' dici hanc fabulam (v. 1006) quae versuum numero, ceteras si conferimus, nullo modo emineat ac tertia fere parte minor quam Pseudolus 'Plautina longa fabula' in scaenam venerit. Quare decurtatam esse Casinam ex hoc certe loco evinci nequit. Quamquam quaedam contracta esse aut intercidisse etiam praeter detrimenta quae mox uberius pertractanda erunt, cum alia monstrant tum Lysidami nomen in ipsa fabula nusquam comparens.***) Atque multa liberius pauloque rudius tractata esse quamvis libenter concedamus, tamen nimis incerta ac lubrica sunt, quae de scaenis aut adiectis aut im-

---

sit ille, quam Fuhrmannus ex dittographia repetebat (cf. append. ad v. 670 sqq.): quamquam omnino plura decurtavit liberiusque immutavit in aliis verbum fere de verbo efferens.

*) Nam Weisius de com. Pl. p. 83 sqq. quod inter alia sibi persuadebat scaenas II 1 et 2 impudenter interpolatas esse ab homine artis et ethicae et metricae ignaro atque adeo scaenam V 2 mutilatam impostori deberi 'manifesto', vix commemorandum, certe non impugnandum erat.

**) Ladewigius l. s. s. p. 190, alii.

***) Cf. Hauptius Opusc. III p. 457 et Studemundus Emend. Pl. (ed. Gryphisw. a. 1871) p. 7. Mihi valde probabile est inter versus 520 et 521 nimis abruptos quaedam deesse, ubi optime Alcesimus alloqui potuit Lysidamum. Vide infra p. XVII.

mutatis Ladewigius commentus est*) p. 192 sqq., qui unde imaginem de Diphili indole virtuteque conceperit, haud facile dixeris. Vnum videtur certum esse, apud graecum auctorem *ἀναγνώρισιν* legitimasque cum Euthynico nuptias, quas nostra fabula prologo tantum epilogoque tangit, sollemni ratione pertractatas fuisse.**) At 'Plautum' quae 'noluisse' prologus diserte dicit, per retractatorem demum dempta esse Teuffelius censuit. Quae sententia Goetzio meo, Langeno, Reinhardstoettnero, aliis probata satis debili nititur fundamento neque certiore iudicio aut stabiliri aut refutari potest. Equidem certe non video cur fidem denegemus prologo atque ipsum iam Plautum putaverim resecuisse, quae tritiora et ieiuniora post spissas falsarum nuptiarum facetias tam ipsi quam spectatoribus viderentur.

Minus etiam recte post Rappium aliosque Reinhardstoettnerus (p. 365) contendit propter ipsam obscoenitatem locorum quorundam truncatam videri memoriam. Nam lacunae etsi ex parte sane hauserunt versus spurciores, tamen et relictae sunt particulae vix minus inmemorabiles et dempti saepius loci ad pudicos mores facti, cum omnino haec mutilatio ex archetypo madore fissuraque affecto derivanda non ad hanc unam fabulam pertineat.

Itaque iam redeundum est ad quaestionem quam in Rudentis praefatione p. XV—XXII tractare incohavi, cum illius fabulae memoriam revocarem ad exemplar, quod viginti versus in unaquaque pagina habuerit — ut undeviginti *A* — quodque saepius aut perforatum aut in marginibus laesum fuerit. Idem vero luculentius etiam de Casina probare possumus***).

---

*) Interdum ad meras argutias nugasque descendit, velut p. 194 sq. ubi ex verbis 'quod haud Atticam condecet disciplinam' v. 652 efficit apud poetam Atticum eiusmodi commentum admissum non fuisse.

**) Cf. Ladewigius p. 191, Teuffelius l. s. s. et hist. litt. Rom. § 97, 6, Goetzius in Act. soc. phil. Lips. VI p. 277 adn., Langenus Stud. Pl. p. 129. 228, Reinhardstoettnerus 'Plautus' p. 369, alii.

***) Ceterum consulto singulas fabulas seorsum pertracto: quare nolo hoc loco ad ea respicere ac respondere, quae de hac re ex parte contra me disputavit Seyffertus in censura Rudentis a me editae. Sed satis gravem in re critica factitanda quaestionem ne neglegant homines docti iterum moneo: ut nuperrime neglexit Iulius Lange Rud. v. 237 in Ann. phil. CXLI (a. 1890) p. 192 perverse tractans.

In qua quae huc pertineant commodius ita percensebo, ut a fine exordiar.

Nam versus 982 pars posterior in *P* cum deficiat sequente lacuna maiore, quis dubitare potest quin cum hoc defectu cohaereat quod antea prior pars versus 965 desideratur una cum versibus sequentibus? Quod vero priore loco post plenum versum 965 *A* septem tantum versus praebet totidemque vacuos relinquit *B*, posteriore vero post plenum versum 982 novem *A* habet (aut certe octo bipartito uno) totidemque vacuos *B*, plane intellegimus in archetypo ex versibus 965—972 duos bipartitos fuisse aut vero duobus versibus vel uno bipartito auctiorem illum fuisse.*) Sine dubio autem folii dimidia pars tota deinde abscissa erat. Iam post priorem lacunam ante versus 982—991 cum extent novem versus, ex quibus antepaenultimus non potuit non bipartitus esse, viginti versuum paginas certa computatione efficimus, quarum altera v. 973—991 complexa sit, altera v. 951—972. Nam v. 951—962 cum scaenae inscriptione in archetypo octo versus occupasse (ferme ut in *B*) propterea affirmare possumus, quia similem defectum, sed paulo intricatiorem in praecedenti folio detegimus.

Ac primum quidem versuum 943—950 priores partes desiderantur continui plane ut versuum 923—929 partes posteriores: ubi quod septem lacunae oppositae sunt octo lacunis facile inde declaratur, quod v. 929 non potuit non bipartitus esse. Idem cadit in v. 922, qui maiorem hiatum proxime antecedit: in quo cum ante finem (olim seorsum perscriptum) minorem lacunam tam versus quam *B* ostendat, patet cum hoc defectu cohaerere, quod v. 940 ineunte *nia* pro *Omnia* traditum est: simulque colligimus v. 941 seorsum scriptum (non versui 940 adiunctum, ut in *B*) eodem folii loco extitisse, quo ultima v. 922 verba in pagina recta. Verum enim vero etiam v. 934—936 ita comparati sunt, ut Reiziani sint deficientibus usque in medio syllabis duabus: quas perforatione aliqua olim deletas fuisse eo rectius cer-

*) Atque si versu 971 *permutabo* (non *permutaui*) vera scriptura sit, lacunam potius statuendam esse concesserim.

tiusque sumere potui, quia quos in pagina recta oppositos fuisse plane verisimile est versus 916 sqq. item tam metro quam sensu additamenta quaedam requirebant.*) Atque pagina versa cum sic v. 930—950 continuerit intercedente inscriptione, versus 937—940 duobus (ut in *B*) comprehensos fuisse probabile est, pagina recta autem ante v. 916 quattuor versus etiam adhibuit: ad quos quoniam versum 912 (ex parte saltem) pertinuisse consentaneum est, nihil iam tribuendum est ei rei, quod inter *hercle* et *non* lacunam maiorem *B* signare videtur: quam neque sensus neque versus in pagina versa respondens confirmat. Contra et metrum et sermonis usus probant *non* (ut saepius) pro *hau* interpolatum esse hoc versu, cum *hercle non* tam inauditum sit pro *non hercle* quam *hercle haud* usitatum (cf. Kellerhoffius de colloc. verb. Pl. p. 22 [68]—25 [71]).

Atque huic quoque quod praecedit folium marginibus abscissis ac fortasse etiam locis perforatis insignem labem traxit: nisi quod in hoc folio et scriptionis et discriptionis ambiguitas interdum dubitationem affert de locis respondentibus. Quamquam quod v. 880—889 (ex quibus v. 883 certe bipartitus fuit) decem continui exitus mutilati sunt sponte suapte coniungitur cum versuum 902—908 initiis mutilatis; sed in utraque parte etiam quae praecedunt quaeque secuntur apertos hiatus produnt, qui ex parte saltem cohaereant. Videtur autem totum hoc folium complexum esse fere v. 873—910 cum una inscriptione: quae quam facile quadraginta versibus discribi potuerint, in oculos incurrit.

Quod si statuimus iterum quod praecedit folium in fine maxime truncatum fuisse apparet. Nam versuum 865—872 lacunae, quarum sedem ex archetypi discriptione in versuum initiis fuisse sumendum erit**), plane respondent versibus

---

*) Ceterum lacunosum in fine v. 919 versui inscriptioni vacanti respondere veri simile est.

**) Itaque v. 864—869 non una de causa rectius sic discripsissem (praesertim si v. 867 UOLO, non TEUOLO ab initio supplendum est cum *As*):

Nil íllum quidém nequiórem arbitro ésse
* * * * * qui locúm praehibetílli.

846—851 in fine mutilatis: atque v. 852—872 cum inscriptione viginti versuum paginae prorsus accommodatae sunt.

Iam antecedens folium non tam in inferiore quam in media parte lacerum fuisse videtur, siquidem v. 801. 802. 804—806 in exitu deficientes manifeste cohaerent cum v. 821. 823. 825—827 principio destitutis: unde simul patet v. 821 sq. olim unum versum effecisse, sed v. 823 sq. iam antiquitus separatos fuisse. Atque hoc quoque loco intervallum inter utramque lacunam intercedens solito spatio prorsus sufficit.

Idem cadit in locum insequentem vel potius praegredientem. Nam v. 744—751 exordia quinque, v. autem 766—771 exitus quattuor abrupta sunt: atque cum in universum lacunae congruant, ipsum discrimen facile ex lyricorum discriptione expediri potest. Sed praeter labem principalem hoc quoque folium antea perforatum fuisse concludimus. Cum enim v. 757, quem quartum fuisse in pagina probabili computatione conicimus, syllabae complures ad complendum Reizianum desiderentur, prorsus congruit, quod v. 736 quem oppositum fuisse eadem ratione computamus, item ex discriptione nostra lacuna significanda erat: quo calculus adicitur sententiae aliunde conceptae.

Quem vero extremo loco statuimus vel potius stabilimus defectum, vel antiquior est ceteris, cum etiam ad Ambrosianum pertineat, qui in eis quae adhuc percensuimus exemplis ubi exstat labe immunem se praestat. At eandem observationem cum iam in Rudente fecerimus, tum in hac ipsa fabula novis documentis probare possumus.

Nam in posteriore Casinae parte cum tot folia lacunosa sese excipiant et inter se conueniant, ne in prioribus quidem

---

* * * * * nunciám praesidém *
* híc, Pardalísca esse, qui hínc exeát, tu
Eum ut lúdibrio habeas.

PARDALISCA
Lubens fécero et soléns.

Vbi v. 864 *Nil illum* pro *Ne illum* (et *arbitro*[*r*] cum Bothio) et 867 sq. *tu Eum ut* pro *Vt eum* vel *eum ut* scripsi, v. 865—867 sic iam fere redintegrans:

⟨Stuprí liberúm⟩ qui locúm praebibet ílli.
⟨Ludíque et iocí⟩ nunciám praesidém ⟨te
Volo⟩ híc *e. q. s.*

prorsus desunt similis corruptelae vestigia, quorum nonnulla utrique recensioni communia sint.

Quod dubito*) an cadat in versuum 662 et 663 detrimenta cum versuum 678 et 681 detrimentis facile coniungenda, cum v. duodeviginti qui ex Ambrosiani discriptione intercedunt paulo aliter discripti etiam plenam paginam facere potuerint.**) At nullo modo casui tribuam, quod post v. 616 versum intercidisse cum certa ratione effecerimus, in v. 635 sq. non minus certum est detrimentum iam ab aliis observatum.

Porro et v. 468 et v. 488 quae supplenda erant necessario, per se ita comparata sunt, ut facillime ex simplici omissione librariorum derivari possint. At memorabile saltem est iustum paginae spatium intercedere inter utrumque hiatum.

Certius huc revocaverim versus 197. 198 in priore parte mancos, quibus et iusto interuallo et apto loco plane respondeant versuum 220. 221 detrimenta.***)

Denique ab ipso principio fabulae fortasse repeti potest eiusmodi exemplum. Nam versu 8 medio certum est *alias* supplementum itemque qui antecedit versus eodem, ut consentaneum est, loco pede deficit. Quae cum ita sint, vix casui tribuendum videtur versu 27 unam vocem ex medio versu (*poscunt*) quae facile vel ex coniectura addi potuit non

---

*) Item dubito an v. 534 deficiens cum v. 550 claudicante cohaereat vel v. 244 dehiscens cum perturbato v. 262 sq. aliaque id genus. Versuum vero 685. 691. 726 defectus siquidem talem originem habuerint, non neglegendum est ex breviculis qui oppositi sint versibus explicari posse quod nihil lacunarum respondeat. Denique v. 1004 in medio claudicans vacuum post finem fabulae spatium oppositum habet.

**) Quod v. 678 et 681 pro *sin* et *di* in *P* decurtatis pleniorem scripturam *A* exhibet, certe non impediret lacunarum congruentiam quominus statueremus, praesertim cum etiam de antiquis supplementis cogitari posset, sicut altero loco novicium in *B* supplementum habemus.

***) Quod v. 183 ac fortasse etiam v. 185 aliquid desideramus, nihil desideramus in locis respondentibus, item ex brevioribus qui opponantur versiculis vel ex ipsius inscriptionis spatio opposito declarari posset: itemque v. 72 in fine mutilus potuit locum vacuum habere oppositum, si quidem in archetypo (ut in *A*) plures versus post prologi finem scriptura vacabant. At certe v. 49 et 283 lacunas ex duobus hemistichiis neglectis ortas esse elucet, quamquam altero loco cum vacuo spatio congruere defectus potuit, si forte ante monologum v. 303 sqq. inscriptioni in archetypo locus erat.

suo loco legi, sed post finem adiectam esse: versu vero 28 *autem* mire positum iam alios offendit (quamvis defendi possit), ut hanc quoque vocem fortasse non traditam, sed suppletam esse sumere possimus: unde conieci *reddunt* ⟨*nummum*⟩ *nemini* quod traditae scripturae certe praestare videtur.

Sed de hoc loco similibusque liberum iudicium esto: de summa rei iusta dubitatio oriri nequit. Sat gravem autem observationem esse ad crisin recte exercendam facile demonstrare possum ex perversis virorum doctorum sententiis, qui aut apertas lacunas exstare negaverint aut locis alienis supplementa adhibuerint aut omnino rem neglexerint. Sed nolui longus esse in eiusmodi sententiis exagitandis satisque habui ipsam rei veritatem aut probabilitatem paucis adumbrasse.

Atque compluribus locis intelleximus etiam de versuum in archetypo discriptione iudicium plus minusve certum ex hac computatione capi posse.

Haec autem discriptio in alterius recensionis codicibus (*B VEJ* = *P*) dici nequit quantopere per Casinam maxime perturbata sit. Nam vel in simplicioribus metris plurima confusa sunt, cum tamen summa in ipsa perversitate consensio inter libros servetur.*) Atque in canticis hanc quoque rem in apparatu accuratissime descriptam dedimus: item ex aliis scaenis suo loco quaedam notavimus. Quae restant, ne inutiliter apparatum oneremus, congestis vocibus extremis libuit hic subiungere. Atque lineola addita significamus versus interstitium cum metri interstitio aliquo concinere, litteras autem maiusculas in mediis versibus servatas (v. adn.) uncis inclusas addimus: et his quidem ( ), ubi nova non accedit persona, his vero [ ] ubi personarum mutatio incidit, ut dici nequeat, utrum propter metri an propter personae interstitium**) maiuscula adhibita sit.

V. 89—143: — *cogitare* — *sequere* — *persequi* | — *decretum est* — *sutelis tuis* | — *postulas* | — *inpudens* | — *Libet*

*) Nisi quod verae discriptionis in litteris maiusculis vestigia haud raro *B*, interdum etiam *V*, rarissime aut nusquam ceteri servarunt.

**) Nam quanta inconstantia post personas *B* (itemque *V*) maiusculas modo adhibeat modo non adhibeat ex apparatu apparet.

— *est tibi* — *abstines* | — *Abi rus abi* — *sum* [sed *Chaline*] — *tamen* | — *istanc* — *conseruam tuam* | — *incubabo* — *hercle me* [sed *Tu*] — *mortuum* | — *induas* | — *preda est* | — *si uiuo* — *facies* [sed *Quid*] — *facem* | (et *Primum*) — *locorum* (sed *Post id*) — *semita* | — *plena* (sed *Quę*) — *faciam* (sed *Ita*) — *ruri nisi tu**) (sed *Post*) — *postules* | — *ieiunium est* — *fueris* (sed *Post id*) — *curabitur* | — *firmiter* | — *dicet* (sed *Cum*) — *festiuitas* | — *amari* (sed *Sine*) — *lepus* | — *in medio* — *postules* [sed *Nunc*] — *quidem pol* (sed *Hic*) — *arbitro* |

V. 260—274**): — *commode* | — *homini* [sed *Qui*] — *oportet* — *magis* — *equius est* (sed *Illum*) — *homo* [sed *Tu*] — *friguttis* [sed *Egon*] — *detur* [sed *Vt*] — *exoro* [sed *Quid*] — *autem* — *impetrassere* | — *foras* | — *Iam hic* — *blandior* |

V. 309—352: — *condito* | — *opera a me* (sed *Era*) — *audio* [sed *Saluus*] — *tuus* | (et *Vna*) — *fieri* | — *qua tu* [sed *Cum*] — *quasi* [sed *Quam*] — *exigis* — *necasinam* — *ipsi me* [sed *Negaui*] — *seruassint mihi* | — *ego illam* — *siquidem tu* [sed *Credo*] — *amatio* (sed *Verum*) — *filius* | — *hic dum* (sed *Vnus*) — *feceris* | — *emoriantur* — *emortuus* | — *tuum* | — *cruribus* | — *impetramus ut* — *posse ita* [sed *Non*] — *sic agam* | — *ita rem* — *depugnarier* | (et *Necessu*) — *euenerit* | — *sperauimus* | — *litio* | — *sed tamen* | — *parum*⟨*per*⟩ — *sortibus* | — *depugnauimus* |

V. 425—436: — *inimicis* — *equidem* — *uilico* | — *expetiuisse* — *nuberet* | — *susultabat* — *foras* | — *dabo* |

V. 437—514: — *furca* — *oportet* [sed *Ita*] — *mittere* | [et *Volui*] — *nostro* — *parietem* [sed *Recessim*] — *mihi* | — *macerat* | — *loculi* — *acheruntē* — *obsequens* [sed *Vt*] — *tecum* — *ament* — *deosculer* — *tua* [sed *Quid*] — *Ecquid* — *licetne* — *quia te* [sed *Vt*] — *apage te* [sed *Vltro*] — *hercle* — *senex sectari* | — *idē me* — *subianua* | — *fui* | — *bona multa* [sed *Vt ego*] — *demum* (sed *Nunc*) — *abeo* — *prius* [sed *Sine*] — *fieri* [sed *At*] — *te posse* — *sunt* [sed *Enim*] — *duos* | — *paratus* — *locum* — *reperi* | [et *Quid*] — *secum* — *mea* | — *duces* — *nuptias* | — *docte* — *uiuitis* | — *marsuppium* | —

*) *Sic B cum As: unde corr. v.* 126 'ruri nisi tu aceruom ⟨erui⟩ ederis.'

**) *Ad v.* 261 *corr.: (usque ad v.)* 274 *pro* 279.

ut ipsa — *lolligiungas* | [et *Emitto*] — *potius* [sed *Soleas*] — *nequissime* — *domi est* | — *presenti* — *abis* | — *hoc etiam* — *abeo* — *ego illis* — *omnem rem* — *meos* | — *lis est* — *uicimus* — *uicissim* — *siet* | — *erat* |

V. 521—530: — *certum est* — *sed facito* — *cibo* — *sutrium* | — *scitus es* | — *ambula* | — *uocent* | — *amare* [sed *Quid*] — *mihisis* — *domi* |

V. 563—590: — *amatorem* — *siet* | — *cuidam* — *gaudeo* | — *oportet* — *aduocet* | — *ante* (sed *Sed*) — *audierit* | — *propius* [sed *Accedā*] — *praestolabar* [sed *Te*] — *tuam* | (et *Iam ne*) — *sodalis* — *suae* | — *istuc* [sed *Vitium*] — *est* [sed *Non*] — *subblandirier* | — *opus* | — *aliquem* — *amasium* |

V. 591—609: — *uxorem* — *commodum* | — *pretii* | — *quid est* | — *ad nos* — *occasio* — *arcessituram* — *dixisse te* | [et *Ergo*] — *mihi* | — *ea ipsa* [sed *Quin*] — *arceserem* | — *bene est* | — *aegre* — *quin erit* — *quidem* |

V. 759—779: — *ludos* — *ludificabiles* | — *totis* — *agitis* — *oppo* | — *candide* | — *ambulat* | — *ornant* | — *dissimulant* | — *coqui* | — *peruortunt* — *senem* | — *uentres* (sed *Vt*) — *cibi* | (et *Noui*) — *ostium* |

V. 780—795: — *cocta* — *uolo* | — *abripiat* — *atque istam* (sed *Sed*) — *ero* | — *conuiuium* | — *mulieres* — *misit* [sed *Ego*] — *speculare* [sed *Quid*] — *festinant* — *illec* (sed [*Abi* et] *Iamne*) — *esurit* |

De scaenarum inscriptionibus personarumque notationibus nihil habeo quod addam itemque de ipsis personarum nominibus vix quidquam aliorum disputationibus adiciendum. Sperandum autem est fore, ut tandem aliquando 'Stalinonis' monstrum cum furca expellant homines docti, quod vel nuperrime in dissertationibus commentationibusque scriptum vidi. Nam Lysidamum senem audire primus pridem Ritschelius significavit Opusc. II p. 381 (cf. p. 484 adn., 682 adn. et III p. 321 sq.) tribusque annis post accuratius demonstravit Studemundus (Emend. Pl. p. 3 sqq.). De Pardalisca vero quod olim Fleckeisenus (misc. crit. a. 1864 p. 6 ad v. 11) obiter dubitationem movebat an rectius Pardilisca scribatur, haec forma, quam raro exemplo *B*, constantius *F* praebet, omni auctoritate destituta est. Iam illud non

tam ad scripturam quam ad pronuntiationem pertinet quod Seyffertus Philol. XXIX p. 387 adn. consentientibus Muellero Richteroque Cleostratam potius Cleustratam audivisse coniecit. Verum est nusquam quadrisyllabum esse nomen: sed cogitari potest etiam de Clostrata atque adeo Clostrata pronuntiatione latina (cf. 'deorsum, dorsum' al.), quamvis ex graecae linguae consuetudine Cleustrata praestet. Denique nuper demum accessit Coci nomen Citrio ex Studemundi apographo in scaenae III 6 inscriptione quamvis dubia. Quae si probatur primum quidem Coci quoque nomen olim in ipsa fabula lectum esse sumendum est (vide supra p. VIII), tum omnino paulo maiores illius partes fuisse. Atque ipsum nomen nescio an derivari possit ex *Κεδρίων* forma et explicandum ex *κεδρίδος* citrique condimento sit.

Iam et hac observatione et aliis quae praemisimus delapsi sumus ad librorum memoriam, de quibus nunc paucis absolvamus.

Atque in Ambrosiani *A* reliquiis dimidia fere pars Casinae superstes est, quas haec tabula monstrat:

A. a [= Casinae didascalia et Arg.?]		[XXV]*)
B. b [= Prol. 1—18. 19—37]		
87. 88 = 38—56. 57—75		
85. 86 = 76—88. 89—105		
91. 92 = 106—124. 125—144		
89. 90 = 144—164. 165—188		
C. c		
D. d		
291. 292 = 535—551. 552—567		XXVII**)
81. 82 = 568—586. 587—603		
293. 294 = 604—620. 621—642		
363. 364 = 643—661. 662—679		
365. 366 = 680—700. 701—720		
303. 304 = 721—736. 736—754		
95. 96 = 755—767. 768—784		
305. 306 = 785—801. 802—817		

*) Quaternionis XXV duo folia extrema cum quaternione XXVI continebant v. 189—534 i. e. 8 inscr. + 135 sen. + 148 sept. + 25 oct. + circa 36 v. lyr.: quibus ita spatium respondet, ut certe auctior vix uno versu fuisse Ambrosianus videatur.

**) Extat numerus in fine fol. extr.

357. 358 = 818—837. 838—854		
69. 70 = 855—872. 873—883		
E. e		XXVIII*)
F. f		
79. 80 = 957—975. 976—992		
371. 372 = 993—1011. 1012— subscr.		

Has Ambrosiani reliquias a. MDCCCLXXXVIII per sedecim dies pertractavi quantum potui diligentissime. Ex hac descriptione, quam adhibitis Ritschelii Geppertique collationibus**) singulisque Studemundi testimoniis confeceram, cum contextus apparatusque non modo digestus, sed etiam typis exscriptus esset, diu exspectatum prodiit Studemundi apographum, quod in appendice tantum ita adhibere potui, ut gravissima saltem enotarem. Nam quas in apparatu commemoravi Studemundi lectiones (*As*), eas sciendum est non ex apographo desumptas esse, sed ex adnotationibus antea aut ab ipso aut a discipulis factis.***) Iam inter nostram Studemundique lectionem etsi graviores haud raro intercedunt discrepantiae, quibus plerumque (non semper) illum veriora vidisse libenter concesserim†), tamen non dubito, quin aequi iudices de opera mea satis benigne iudicaturi sint. Nam persaepe consentiunt testimonia, etiam ubi prio-

---

*) Extat numerus in fine fol. extr. Media autem folia non quattuor, sed duo intercidisse, ut ternio pro quaternione fuerit, ex versuum computatione locique ipsius ratione plane efficitur. Nam ex nostra editione intercedunt v. 73 cum inscriptione, ut nihil fere desideretur ad duo folia explenda.

**) Vtramque (*Ar* et *Ag*) raro diserte commemoravi: compluribus autem paginis nihil fere Ritschelius adscripsit, nisi miserrime habitas esse vel perpauca agnosci posse. Neque tamen desunt, quae optime iam ille expediverit.

***) Ceterum etiam alter fasciculus 'Studiorum in priscos scriptores latinos collatorum' prodiit, cum pars huius editionis iam typis exscripta esset. Posterius etiam in manus meas pervenit Klotzii liber de re metrica veterum poetarum latinorum, de quo doleo, quod non possum non iniquius iudicare, etsi hic illic verum viderit. At Klotzius quoque eorum auxit numerum, qui non intellegant caecutire artem metricam ab arte critica destitutam.

†) Z nota, quam manu antiqua ad v. 961 in marg. adscriptam vidi (nihil *As*), nescio an cohaereat cum ZASTRAPHIV̄ scriptura nondum expedita in *B* Truc. 209.

res aut nihil aut alia enotaverant, neque neglegendum est me semel tantum per temporum angustias fabulam pertractasse, quam ex a. MDCCCLXV iterum iterumque Studemundus inspexerat omnino in hoc negotio exercitatissimus. Ceterum nolui diligentius respicere, ubi in locis per se non dubiis ille aut pauciores aut plures quam ipse litteras dispicere sibi visus est aut ubi aliquid alteri incertius alteri vix dubium visum est, praesertim cum hoc maxime ex iterata demum ter quaterve lectione aliquatenus definiri possit, ut ab initio minus huic rei intentus fuerim.

Dein *B* codicem veterem post Ritschelium Loewius a. MDCCCLXXVII contulerat et codicem Ambrosianum *E* a. MDCCCLXXX: tum utrumque ipse excussi a. MDCCCLXXXV et proximo anno *F* Lipsiensem adiunxi additis ex Schneideri programmate editionis principis *Z* discrepantiis. Codicis autem *J* Britannici Goetzius praebuit collationem ab homine quodam Anglo satis sane neglegenter factam: ad hanc accedebant Vssingii testimonia item sane satis neglegenter concepta. At operae pretium visum non est accuratius iterum hunc librum inspici, cum fere ubique longe superetur et *E* codice et eo, quem in hac primum fabula adhibuimus *V* i. e. Vossiano Q. 30, quem saeculo duodecimo ineunte scriptum esse et de Vries vidit, qui in bibliotheca universitatis Lugdunobatavae libris manuscriptis praeest, et Zangemeisterus noster confirmavit.

Sed de *V* priusquam accuratius dicam, libet adnotare, quod cum aliae fabulae tum haec demonstrant: artiore vinculo ut *E* cum *Z* contineri, ita *F* cum *J*. Velut *EZ* consentiunt in *hoc* servato v. 164, quod ceteri omittunt (*A* vero alio loco habet), item in *ego* omisso v. 241 et 437 et in *sum* omisso v. 621, tum in scriptura *permittam* v. 270 (*permittat* ceteri) magisque memorabili *impera atq;* v. 833 (*impera cito* ceteri), denique in verbis traiectis v. 345 et 833. Quae sic cum conveniant nihil ei rei tribues, quod v. 354 in verbis traiciendis *EF* coeunt. Nam *JF* potius consentiunt in vocabulis omissis v. 243. 331. 867. 895, in traiectionibus v. 39. 53. 326, denique in scripturis singularibus v. 555. 573. 683. 700. 849. Vnde colligas Italos fundamentum recensio-

nis interpolationisque alios *E* alios *J* vel geminos illorum habuisse. Nequaquam autem singularis est consensus recensionis Italae cum codice *V*, cum is tamen proxime cum ad *J* tum ad *E* accedat.

Hunc librum cum dudum Gronovius, Bosscha, denique Franckenus*) adscivissent, primus accuratius descripsit plurisque fecit J. S. Speijerus 'ad Plauti Captivos' in Mnemos. N. S. XVI (a. 1888) p. 124 sqq.**). Qui cum mihi persuasisset eodem vel maiore iure quo *EJ* hunc quoque codicem in apparatum adhibendum esse, statim adii Guilelmum N. du Rieu Leidensem, virum clarissimum, ut librum conferendum huc transmitteret: isque qua solet humanitate ac liberalitate precibus obtemperavit. Itaque et in hac editione apparatum ex *V* auxi — quem qui cum cura perlustrarit, eum non fugiet codicis et in scripturis nonnullis et in lacunis signandis et in aliis rebus praestantia — et in Cistellaria edenda mox exhibebo. Reliquas partes eadem ratione per hanc praefationem communicare nobis visum est, qua Epidici apparatum ex *E* in Curculionis praefatione Goetzius supplevit. Continet autem codex Aulularium mutilatam — sed eam ipsam partem servavit, in qua deficit *E* — et post plenas comoedias quattuor (Captivos Curculionemque ante Casinam Cistellariamque) Epidici exordium. Vnde sponte apparet casu tantum et reliquam Epidici partem et Amphitruonem Asinariamque una cum Aulularia exordio olim abscissas ac deperditas esse. Quinquaginta et sex quae exstant membranae vicenos quaternos versus in unaquaque pagina habent metrique interstitia modo iusta modo perperam tradita spatiis servant plerumque. Discriptionem autem in eis quae

---

*) Ceterum ne quis miretur quod in hac fabula nusquam commemoravi Franckenum, quem in Mnemos. N. S. VII p. 184 sqq. de Casina disputasse Schwabius testatur in editione nova historiae litterarum Romanarum Teuffelianae p. 152, illam disputationem totam ad Epidicum pertinere moneo.

**) Adscito codice Vossiano cum bene meritus sit de Plauto edendo Speijerus, nolim hoc loco exagitare aut iudicii petulantiam, qua in me invectus est, aut summam inscitiam, qua ad ipsum Plautum aggressus est. Neque si iterum lacessiverit, respondebo, antequam idoneis arbitris probarit se in Plauto vel tantillum profecisse.

secuntur rarius respexi. Praeterea ubicunque in apparatu *libri* aut excitantur aut enumerantur vel *ceteri* opponuntur Italorum recensioni, nihil de *V* adnotavi, nisi forte differat a 'libris' vel 'ceteris'. Item constanter omisi ę pro *ae* adhibitum (non item ę pro *e* vel *e* pro *ae*) raroque praepositiones adiunctas notavi, saepius etiam *mihi* pro *mi* et *est* pro *st* et *cum* pro *quom* perscripta neglegens. Ceteroqui satis fideliter in rebus plerumque pusillis scripturas enotavi interdum (quamvis raro) aliquid efferens vel adiciens.

Incipit igitur Vossiani p. 1[r] ab AVLVLARIA v. 190, ex qua fabula haec notamus:

192. cuiquam habe 195. Alter manu 197. benigne///ibi onerat (*er.* t, *ut vid.*) zemiã (*corr.* V^2, *ut vid.*) 198. pol ypos qui nibi quidquid *ante ras.* 200. De communire *ante corr.* 206. partior 207. Di[i] saluare ẽ 208. intro redi *ante corr.* 211. qid mihi non iubeat (*corr.* lubeat) 212. improbis 218. uertat *a. c.* 220. haut 221. abstuis 222. uti 229. asellũ, e *ex* a 230. Vb[i] honus 232. iniqui ore irrideat 233. Neut robi (o *ex* u) deuorti 234. mémordicũs (' *et* " V^{2*}), *non m. rec.*) 235. me abasinis 236. proxime 237. optimum est conditionem accipe mihi proderis 238. doctis quidem Neduas (*separ. et* ꝑ nedes *suprascr.* V^2) 240. thensauros ////censeas (*er.* &, *ut vid.*) 241. pro, p *ex* iu 243. propere (ro *ex* re V^2) cărere (ᵛ V^2) 244. hinc est 246. amiciciã 247. opulento sit *ex* opulentu sit 249. illęc occansio perit 250. adradicibus 251. tu *om.* cuiuis 252. te me arbitrari 254. fatio 256. g// (*er.* o) 257. uertant *ante corr.* 258. afferat *ex* afferret *Post hunc v. in fine f. 1ᵛ adscr. m. rec.* †· ad ꝑx̃m fol. *eademque f. 3ʳ* †· adsignũ. ꝗ., *cum intercedat f. 2 v. 330 med. sqq., ubi ad v. 330 congrua adscr. m. rec.* 260. lub& *ex* iub& 262. faciemus *a. c.* num quę causa ẽ 263. ual& 264. strenuę 265. Illio abii[t] immortales 266. domim (ᵛ V^2) EVCLIO SENEX STAPHILA ANVS ·C· 268. EVC bi tues deblattauisti V^2 *ex* debitac piuisti (pi *dubiis*) 269. heustaphyla te 270. Ec quid 271. megadore *a. c.* 274. occlude aedis ego hic ero 275. herili 278. erus, *sed* V^2 cõnueniat 279. merorem mi nixtum (m *exp. et* i n *copul.* V^2) SROBILVS SERVVS ÁRETHAX CONGRIO COCI PHRVSIUM EXCLEVSIVM TIBICINE II·SENEX· 280. ost quã 281. Tibi cęnasq. 285.

*) Itaque iam antiquiore tempore facta est traiectio quam prae Nonii testimonio respuendam esse Buechelerus exposuit in Woelfflini Archio I p. 104 sq.

popti 286. siquis te haut non uelles diuim (ᵛ *V*²) 287. antraxalio (*separ. V*²) uorsum (uo *ex* ue) 288. STROb Nc̄ 290. & proximo (: *V*²) 291. obsoni i 292. tibi cinã (*copul. V*²) 293. huic ducis 295. filię in nuptiis 296. negocii ẽ negotii 297. equę est 298. tendẽ *a. c.* STROb ita ẽẽ ut dicis Coc' Tute: *sed* STROb *exp. et pro* Coc' *subst. V*² *eadem mox* STROb *inter* eraditiarier (*ubi* ĩ c *suprascr. et* i *exp.*) *et* Quin *subducens* 302. cum id Coc' *ante v.* 304 *suprascr.* 306. Hęc ęquum est credere crodo 309. Censẽ (*corr. V*²) 312. Quin*) depsserat 313. Colligit *ante corr.* 315. Censẽ 316. Cocus *praem.* (*sed subduxit V*²) ei eripui 317. adptorem 320. Sex centa 321. ūrorum est memorari mihi (.. *et* uellẽ *V*²) 325. Tũ 326. fur. Strobibus Etiam fur,tri furcifer (, *et* ∪ *V*²) STROBILVS SERVVS. CONGRIO COCVS 327. hinc (ᵛ *V*²) 328 *et* 329 *conexi sunt praefixo* Cocus abi *in lac. m. rec.* 330. Cocus. hercle 331. dispti uisti pingulorem (*corr. V*²) 332. pingulor (*corr. V*²) 335. Huc cine 336. poscamus quę adarauin poscamus (uin *separ. V*²) 340. tibi *s. v.* 341. abstę 343. Suppellex uesa 344. periuerit Qđ te scio facile 346. quoq abstulerī///comphendite (*er.* e) 348. Vincite uerberate *ex* Vincit euerberate *V*² 349. subripiat *pers. not. s. v. V*² STROBILVS SERVVS · STAPHILA ANVS · COCVS · HYL · 350. eustaphila hostiũ 352. obsonium in 354. Cerer instrobile (*copul. V*²) has facturi 355. te meti (*copul. V*², i. uini *suprascr. m. rec.*) 356. Adiam 357. Cocus *praem.*, *item* (*et* Strob. sunt) *v.* 358 nequeras 359. impurate 360. Cęneue 361. aedes *V*² comburere 362. Haut *spat. pro* Strob. *et* STA *inter 4 l. spatia* FITODICVS SERVVS 363. VRAte *c. sp. in.* inter uisam 364. maxuma est 369. Si negotii nihil EVCLIO SENEX 371. olui *c. sp. in.* 372. bene haberem filiæ (æ *ex* ã, *ut vid.*) nuptiis 373. agninã *ex* agminã *V*² 375. Vitilinam cętum portinã 376. fu////erunt (*er.* eı, *ut vid.* 377. quoniam nihil 378. impuris 380. die/// siquid (*er.* i, *ut vid.*) 381. Profecto (*corr. V*²) 383. sentenciam 384. minimo 385. Hunc 386. inponeunt (u *exp. V*²) 387. gnate 389. Estrepitus est (ᵗ *V*²) 391. nũ qiđ ei mihi ЄVct (t *ex* đ *corr. et del.* ЄVCt *ante v. 392 supra spat. add. V*²) 395. sagittis *ex* sagitas, *ut vid.* 396. Cui in re talia (tali *V*²) subuenit antehac *ex* antidhac *V*² COCVS *in v. 398 fine* 398. romodes (*c. sp. in.*) quam aspicis tumacherio 399. murenam exossata fac sient 400. exproximo 401 *sq.* tu istũ quã uolsus lidius est *et in marg.* tu istũ gallũ sisapis glabrionẽ redes mihi 403. uritur hinc exproximo 404. offitium 405. turbę fiat congrio CONGRIO COQVVS 406. ptati uiues (ciues *V*²) 407. quã 408. adbachas inbachinal 412. omīs 412. At tat misera perit bachanal EVCLIO

*) *Cf. Hoffmannus 'Zeitpart.'* ² *p. 179 sq., qui impugnat Seyfferti mutationem a Goetzio receptam.*

(*bis, semel in v. 412 parte vacua*) SENEX CONGRIO COCVS *Personas* (C *et* S) *usque ad v. 422* V^1 *habet, dein ex parte suppl.* V^2 415. edi *in ras.* (r *in marg.* V^2) quo frugis *ex parte in ras.* (*ex* frigus, *ut vid.*) stodile, d *ex* b (*ut vid.*) 418. Istud 420. cui *ex* quo V^2 libens 421. Pol,& si (, V^2) 422. molior miser magis cinedus 423. homo queres 424. ·S· E&iã (*sic*) equo mereat *in* equõ///ereat *corr.* V^2 425. senti& *ex* sentie V^2 426. *om.* 427. negotii 429. SENX̃ V^2 *in sp.* 430. Vtrum crudum an coctum ego mihi es 431. sinas annon sinas cenam 433. que attuli 434. haut penitet expectam C *inser.* V^2 Scio ne *ras. ex* Scio me 435. *Pers. om.* quia prohibeas nunc cenam 446. facimus (*corr.* V^2) secus quam *ex* sequi usquam V^2 437. E&iã 438. peruiam facitis 440. merito *post* tibi *iteratum et deletum* 442. Si *ex* Sed V^2 propitius (.. V^2) 443. miserrimus 445. Redis *ex* Redi V^2 446. populo hic 447. auspitio 448. medio EVCLIO SENEX CONGRIO COCVS 449. eVcl oc 450. cõmittam 451. Ita 452. E& ia (. V^2) introduce siuis 453. nunc iam libet 454 *sq.* Temperi· (·C· Hem peri; V^2, i *ex* ii V^1, *ut vid.*) abi ũra 456. Eu (·C·⊢ *s. v.* V^2) abste 458. *Pers. om.* sis (*spat.*) & cenam coque 459. ab aedibus abi SENEX EVCLIO 460. immortes (al *s. v.* V^2) 461. cepit 462. Velut megadorus temptat me inomnibus*) 464. supriperent 465. meus me intus gallinatius 466. pecullaris *V ante ras.* penis sume (*copul.* V^2) 468. Circum circa 469. collũ (ga V^2) manifestarium 470. cocos 472. gallinaceo (i *ex* e V^2) 474. preterire MEGADORVS · EVCLIO · SENES (S *ex* X) DVO. 475. arraui (n *in marg.* V^2) 476. Deconditione hac euclionis filiã 483. ille 485. Inmaximã illec optimã 486. pauciori auidos (t i *s. v.* V^2) 488. sutor 489. Neq. hoc ille diuitis (-es V^2) 490. Dotata es istud ius (*ex* uis) 491. iubeant 492. fe////rant (*er.* ce) 494. precio equos 495. galliciscant heriis (*corr.* V^2) *Pers. s. v.* V^2, *nisi ubi aliud testor* iubens (*corr.* V^2) 497. lepide 498. adte attuli 501. mulos *ex* nulos V^2 pedissequos 502. Saluti gerrulos 503. probe 504. prefectum 505. quoque 507. pulcrũ est Prequam 508. phirgio lanarius 511. muro batharii (*copul.* V^2) 513. sutates dio batharii 514. Soliarii astant astant 516. astant astant semi sonari (*alt.* i *add.* V^2) 518. Treceni cum stant philaciste inatriis 519. limbuarii 520. *Ante* Aes *2 l. sp.***) 521. crocatarũ 522. (A)ut aliqua *suppl. m. rec. in fine f.* 5^r, *ubi membranae pars suppleta est: ab* alacrux *incipit f.* 5^v, *cui* m *in marg. add.* V^2 523. Compellarem 525. nugi gerulis (*copul.* V^2) res resoluta est (re

---

*) (me) in *excurrens adhibeas ad corrigendum v. sq.* mei ⟨mi⟩ *pro* mei ⟨se⟩ honoris mittere.

**) *Quo probabilius est deleto* aes (*ad* datur *adscr.*) *servandum esse* iam hosce, *contrariam rationem cum Goetzius inierit. Nam* dat *pro 'argentum dat' notum.*

exp. V^2) 526. cedis V^2 528. astat 529. Ratio 530. E&iã 534. Nam ¸q̄ *ex* Namque V^2 535. dampno 536. afinem ędes EVCLIO MEGADORVS SENEX · · II · *Pers. add.* V^2 *partim s. v., partim in marg., partim in sp.: spatia noto ubi adsunt, personas, ubi desunt* 537. imium (n *in marg.* V^2) libenter di audiui (di *exp. et er.* V^2) tuum 538. An audiuisti ♯ Vsq. aprincipio 539. ♯ Tamen emeo Aliquanto 540. filię nuptiis 542. meminerunt 543. cuiquam *ex* quicquam 544. restructa est (re *separ.* V^2, res *corr. m. rec.*) 546. Pluspusq. 548. hoc Quã 549. *Pers. om.* esenatus euocas 550. *Pers. om.* Meditabar *c. sp.* 552. impleuisti 553. cocos *ex* cęcos 554. gerronaceo 556. uino 557. prerea (te *s. v.* V^2) 558. scatet 559. Corinthi ensē et pirineum 560. obsequium *pers. om.* uel leoni sataest 561. ♯Quo (*om. pers.*) agnos at (*copul.* V^2) 562. curiosam bestiam V^2 563. Volo ego exte scire (*pers. om.*) 564. *Meg. pers. praem.* cura magei 565. insoleę uiuo (in sole et V^2) 566. plucet lanterna (*exp.* V^2) 567. Tũ (*pers. om.*) 568. efferendum mortuus est 569. *Pers. om.* 570. *Spat. post* hercle iussero *ras. ex* nissero 571. adme adferier (r *alt s. v.* V^2) 572 *sq.* decretũ ē aquã Ego te hodie (decr *in ras. ex* aquã, etũ ē aqu *in sp.*, ã Ego te hodie *in ras. ex* Scio quã rē agat probę 574. cui ♯scio 575. adfectatiuã 576. committet 578. & opera metui nūpdiderit (*corr.* V^2) 579. lauitũ (u *ex* b) 581. congreditu est (*corr.* V^2) 582. optimum 583. infidei probę 585. inme mitassis hoc, h *ex* ll (*ut vid.*) *corr.* 586. fidutia SERVVS C · 587. oc (h *in mrg.* V^2) 588. Nemore imperium herile habebat 589. exero (ᵗ V^2) seruus 590. erum (ᵗ V^2: *item v. 592. 593. 597. 603. 604. 619. 680. 820*) insesera (*separ.* V^2) 591. Sin dormit & seruum sesei& (i *separ.*, u& *corr. et exp.*, ut *suprascr.* V^2) 593. suparea morē (*corr.* V^2) offitium 594. non enim *ante ras.* (eum *ex ras.*) 595. quasi pueri quinare (purri *ante corr.*, nare *separ.* V^2) sirpea inductur (inducitur V^2) 596. laborant 597. seruum ęquum 598 *sq.* tolleret (*corr.* V^2) nepessum habeat tamquãᵗ (*sic*) Erile imperium fronos *ante corr.* (fr *er.*, os *separ.*, n ī nc *supra* ////on *scr.* V^2) 601. censeo nebubula 602. rediet cōpedes 604. renuntiatī ē 606. Nē sine *ex* Hē sime V^2 sospitione inara (ᵛ V^2) adsidã, ã *ex* ē EVCLIO SENEX STROBILVS (ILV *ex* UV) SERVVS 608. U *c. sp. in.* quidquã indicasses (is V^2) 619. nequisquam inueni at probę (*corr.* V^2) 610. pulchram agăt 611. prohibes sis 612. utrem (*separ.* V^2) affinem 613. accersat me 614. auliã abste fac^no modo*) est situm (^no V^2) 616. STRb. Di inmortales**) 617. abstrussis se (obstrussisse V^2) 621. reperero EVCLIO 624. on *c. sp. in.* ableua 625. Semel grocchibat (*c ex* g V^2) 626. cępit 627. in-

---

*) *Fortasse igitur* modo (*quod* = *domo et glossema esse putat Seyffertus*) *ortum ex* i no = mo = m̃o *olim ad* fac *suprascripto, dein cum* fano *coniuncto*

**) audio loqui *etiam V: emendo* audio eloqui.

pectu semicare (*corr.* V^2) EVCLIO STROBILVS *De pers. et sp. v. s.* 628. oras (f *in mrg.* V^2) 629. cōparabas 630. prestigiator 631. ♯Quę commertii 633. Verberabilissime 634. suprepui *c. sp. mai.* (i *ex* e V^2) redde ut huc sis rogitas 635. Nihil abstŏli (ᵛ V^2) ♯At abstŏleras (ᵛ V^2) 636. Hęc quid ♯Quid *bis* 637. di quide (. . V^2) *praeced. sp.* polte data re credo 638. Pone *c. spatiolo* 639. ergo quintu ♯quic qid 640. *Post* hercle *in fine f.* 7ᵛ *m. rec. in marg.* · d̄ · s̄, *eadem f.* 6ʳ *iuxta* equidem · B · j̄ · ♯ostende 642. ♯Larue huc (ⁿ *s. v.* V^2) intemperie insanieq. 643. ♯Facis ne (*om. pers.*) ♯Fateor q‹ nonpdes (ti *suprascr.* V^2) maximam♯ 645. ♯Quid 646. ♯ Niuē (˜ V^2) age dum excute dūpalliū 647. *Spatia* qua iubet (*corr.* V^2) 649. Noui sic onpantyas ager usum (age rursum V^2) 650. ♯Dextram ♯em♯(STR. Hem EV. V^2) ♯Qui nequidem (*corr.* V^2) 651. ♯Iam *et* mitto *c. spatiolo et* ♯Qid (*hinc sp. om., ut pers. om., noto*) Anugas (An nugas V^2) 657. iā huc nihili habet 658. *Pers. ante* haud *s. v.* 659. illis otien notuciā (illo socio tuo iā V^2) 660. Fungi (Fungin V^2) site uideam STROBILVS 661. mortuum *c. sp. in.* 662. illidem 664. hęc seretiam (hoc feret iā V^2) iocum (*corr.* V^2) 665. & fert 666. Tantisper hic SENEX · SERVVS 667. idei (f *in marg.* V^2) 668. eā subluitos *c. spatiolo* (os *separ.* V^2) penis sume 669. corrus perissem 670. coruum 671. inditium aquid (i *s. v. m. rec.*) 672. q̊ dedit tamdiu † p durat perdium V^2 674. lacus (ᵛ V^2) 675. opplectus sūmā 677. dume 678. pcurram 679. senet LICONIDES ADOLESCENS EVNOMIA MVLIER PHEDRIA VIRGO 682. ixit ibi *c. sp. in.* (*corr.* V^2) 685. cū auo unculo (ŏ‿u V^2) 686. uellem equę 687. fratre impetrassere 688. predicas 689. cōpressisse uinulentum 690. Ego ne utte 691. obsecrote ut erum (*copul.* V^2) 692. em *om. sp.* (ᵗ *et pers. add.* V^2) 694. Ei *om. sp.* (i *c. pers.* V^2) 695. effitiam tibi impetratum habeo auferam 696. Iam seruum 697. egome 699. Sed STROBILVS SERVVS 701. icis *c. sp. in.* (dices V^2) montis 702. cęteros 705. abi abi,i ? V^2) illuc aduenit 706. collocaui inarborem 707. Indeque expectabam 709. ex eo loco

Iuxta v. 710 in fine f. 6ᵛ | · ⌉ · ⌉ · *in marg. et f.* 8ʳ ∂ · s̄ *ad v. 711* EVCLIO SENEX LICONIDES ADVLESCENS 713. erii *c. sp. in.* (p *in marg.* V^2) Tene tene quem *ex* Tenete nequem V^2 (*mox* Equidē . . . qui sim *versum explet*) 714. quęam (o *ex* ę V^2) 717. Quis 718. Quid est quid 720. Em (ᵗ V^2) 721. me miserum miserum pessime 722. gemitte et (*alt.* t *del.* V^2) mesticię *ex* misticię V^2 723. Pditis simus 724. custodiui fraudaui 725. alii *ras. ex* alu l&ificantur 726. dampno nequęo 727. ędis merens 728. oppinor: *item v. sq.* interi (*alt.* i *add.* V^2) palāstres (est *corr. et separ.* V^2) 729. incertūst (est V^2) 730. Quid agam habeam EVCLIO 731. UIS *c. sp. in.* sum miser ‖ Et misere perditus 732. cui mestitudoque 733. *Sp. om.* tuum 735. uerūst (est V^2) ego ‖ Emerui 737. liē *in marg. m. rec.* mihi inpulsor adillam Quomodo////////// (*cr.* fateor) Fateor peccauisse cō (o *ex* u) meritum 739. equo 740. ausus tuum

774. *Huc adhibuit Loewius (gl. nom. p. 215) glossam CGL IV p. 24, 1:* aullas quas ollas dicimus. 776. *Osbernus p. 115:* coena componitur hic et haec incoenis, is ·i· ieiunus, quasi sine coena: unde idem Plautus in Cassia 'cupiunt extrudere excoenem ex aedibus'. *Cf. Exc. Pithoe. p. 64.* 778. *Osbernus p. 183:* haec estrix, cis ·i· femina gulosa: unde Plautus in Cassia 'noui ego illas ambas estrices'.

769. ILL-------GERUMILICOEXORNANTDO*I *A, ubi* aeautemarmi *spatium paululum excedit.* illę (ille *VJF*) autem incubiculo armigerum ornant (ornāt *E*) *ceteri* (*) 770. *Sic A, ubi in* nrā (*ex* serā *E, ut vid.* nostra *JFZ*) *finiunt ceteri:* nostro *corr. Pareus,* uillico *add. Camerarius cum A* 771. *Sic A, ubi* sed (s; *E*) nimium ledi (lidi *B*, *ubi* pe *suprascr. B*². ł pide *s. v. J.* lepide *FZ cum A*) dissimulant *ceteri: ubi* quasi nihil sciant *ex falso Gepperti de A testimonio recte Vssingius elicuit* (*) 772. *Sic A itemque, sed* est, *ceteri* 773. *Sic libri cum A, ut vid.* 774. *Sic libri cum A, nisi quod* restinguunt *JZ Cf. testim.* 775. *Sic libri cum A, nisi quod* fatiunt *V* ille *VEJF* 776. *Sic A, ubi* Cupiunt extrudere (excrudere *E*) incenem ex edibus (ędibus *VZ*) *ceteri: sed* incenā *V*, incenam *c. ras. ex* incemem, *ut vid., B: unde* incenatum *Camerarius cum A* (*) 777. *Sic libri cum A, nisi quod* ipse sole *EJF et* uentres *ex* ueteres, *ut vid., E* 778. NOUI***-ILLASAMBASESTRICESCORBITAMCIBI *A.* Noui ego illas ambas estrices corbitant tibi *ceteri, nisi quod* extrices *F et* ibi *JF.* ubi *Z: ubi* ambestrices *cm. Lomanus,* corbitam cibi *cum A Turnebus Lambinusque* (*) 779. -------R*ST------ *A* Comesse *Saracenus: itemque 'vetusta volumina' Pii et 'cod. ant.' Pyladis.* Comes esse *libri* (ęssę *E.* ẽe *V: copul. B*²) *cum A, ut vid. ex spatio* possum *F* Sed *B.* s; *E* hostium *VJF*

LYSIDAMVS. PARDALISCA

LYSIDAMVS

Si sápitis, uxor, uós tamen cenábitis, 780
Cena úbi erit cocta: ego rúri cenam inuénero.
Nam iám nouom marítum et nouam nuptám uolo
Rus prósequi: noui hóminum mores máleficos:
Ne quís eam abripiat. fácite uostro animó uolup.
Sed próperate istum atque ístam actutum míttere, 785
Tandem út ueniamus: cúm luci ego cras híc ero:
Cras hábuero, uxor, égo tamen conuíuium.

PARDALISCA

Fit, quód futurum díxi: incenatúm senem
Forás extrudunt múlieres.

LYSIDAMVS

Quid tu híc agis?

PARDALISCA

Ego eó, quo me ipsa mísit.

Act. IV Sc. 2 ANCILLA SENEX DV *BVE et, om.* DV, *J.* Senex. Ancilla *FZ. In A duo versus inscriptioni tribuuntur, in quibus nihil apparuit: item nihil apparuit v.* 780 *sq. De versuum in BVEJ discriptione cf. praef.* 780. SENEX *praem. B,* S̃ *V,* Soŝ *E* i. *c. sp. in. EV* tamen celebrabitis *F.* tum cenabitis '*ant. lect.*' *Pii* 781. erat *E* cotta *F* cenam inuenero ☙. cenauero *libri* (*) 782. ****OUUMMARITUMETNOUAMNUPTAMUOLO *A, ubi* nam nouum *BVE JFZ:* iam *suppl.* ☙ (*) 783. ******SEQUI****MEORUMMORESMALEFICOS *A.* Rus prosequi noui hominum mores maleficos *ceteri* (hoĩũ *ex* oĩũ *E*², *ut vid*) 784. *Sic A* (*sed* UESTRO), *ubi* arripiat *VJFZ.* aripiat *E* uostro (*prius* o *ex* i *vel* u *incohato*) *V.* uestro *B.* urõ *E.* nostro *Z* (*corr. Pius*) uolupe *BEJFZ.* uelupe *V* (*corr. Pylades cum A*) 785. SEDPROPERATEISTUMATQ·ISTAMACTUTUMMITTERE *A, ubi* actutum (ac tutum *V.* hac tutum *E*) emittere *ceteri et* s; *E* (*) 786. *******UENIAMUSLUCIEGOCRASKIÇERO *A* ueniamus: cum luci ☙. ueniamus luci *libri cum A* (*) 787. ————————EGOTAM**CONUIUIUM *A* hab ei ero *E*¹, *ut vid.* ego *om. J* tamen *ex* tamem *B*¹, *ut vid.* 788. *Sic libri cum A* (*praem.* ANCIL. *B* [*item postea*], ANCILLA *VE* [*postea* ANC̃]) 789 FOR******U**NT**LIERES#QUIDTU***AGIS *A* extrudũ *E* SENEX *B* (*postea* SEÑ). S̃ *VE* (*item postea*) Quid' *E* 790. ***EOQUOMEIPSAMISIT#UERON#S*R*O *A* me ipsa me misit

LYSIDAMVS

Veron?

PARDALISCA

Sério. 790

LYSIDAMVS

Quid híc speculare?

PARDALISCA

Níl equidem speculór.

LYSIDAMVS

Abi:

Tu hic cúnctas: intus álii festinánt.

PARDALISCA

Eo.

LYSIDAMVS

Abi hínc sis ergo, péssumarum péssuma.

Iamne ábiit illaec? dícere hic quiduís licet:
Qui amát tamen hercle, si ésurit, nullum ésurit. 795
Sed eccúm progreditur cúm corona et lámpade
Meus sócius compar, cómmaritus, uílicus.

---

795. *Huc Loewius adhibuit (gl. nom. p. 215) Placidi glossam ex libro glossarum, sic emendatam:* nullum pro nihil [pronicit *codd.*].

Se. uereri *F* serio/// (*er.* r) *E.* ////serio (S, *ut vid., er.*) *B* (*) 791. ——— #NIKILEQUI*EM*PECULOR#ABI *A* hic *B. om. ceteri* speculare/// (*er.* r) *E* Nihil *BVFZ.* Nichil *EJ* 692. ——— LII——— *A* abi. Tu hic *Acidalius.* abi tu (abitu *V et, ex* abite, *ut vid., E*) hinc *libri* intus *om. Z* (*add. Pylades*) intus alii festinant *inter spatia maiora V* 793. ABI****SIS****PESSUMARU***SSUMA *A* pessūma *E* 794. IAMNEABIITILL***DIC***K***UI****LICE* *A* Iam nec *F* habiit *E* illec (c *ex* o) *B.* illec *EJ* di///cere (*er.* s) *E* hic *om. Z* (*add. Pylades*) quiduis *JFZ.* quod uis *BVE* 795. QUIAMAT**MEN——— —S**** *A* Quid amat *J* tamen *ras. ex* tamem *B.* tantum *Z* nullum esurit *om. F* (*) 796. SEDECCUMEGREDITURCUMCORONAETLAMPADE *A*, *ubi* Sed (S; *E*) eccum progreditur *ceteri* 797. MEUSSOCIUSCOMPARCOMMARITUSUILICUS *A*. Meus socerus compar commaritus uilicus (us *extr. ras. ex* iis *E*) *ceteri: ubi* socius *Lambinus et liber Roverii cum A, ut vid.* (*)

OLYMPIO. LYSIDAMVS. TIBICEN

OLYMPIO

Áge, tibicen, dum íllam educunt húc nouam nuptám foras,
Suáui cantu cóncelebra omnem hanc pláteam. hymen hymenaée, io.

TIBICEN

Hýmen hymenaee, ó hymen. 800

LYSIDAMVS

Quíd agis, mea salús?

OLYMPIO

Essurio hercle, átque adeo hau salúbriter.

LYSIDAMVS

Át ego amo.

OLYMPIO

At ego hércle nihili fácio: tibi amor pró cibost:
Míhi ieiunitáte iam dudum íntestina múrmurant.

Act. IV Sc. 3 ——LY——O LYS ————S (*priores litterae supra* BICENDUM, *posteriores supra* CUNTKUCN *ex versu 797*) *A.* SER VVS SENEX DV *B.* SERVVS SENEX *VEJZ et adiecto* Olympio *F:* TIBICEN *add. Geppertus* (*cf. 800. 814*) 798. SER *praem. B*[2] *Sic libri cum A, nisi quod* ge tibi (t *E*) cendum *VE et* illam *ex* ullam *E* 799. *Sic libri cum A, nisi quod* (PLATEAM)KYMENEO (*vix* AEO) *A.* hymeneo *FZ.* himeneo *BV.* imeneo *E.* hymineo *J: ubi* hymenaee *corr. Barthius Adv. XXII 22, cui* hymen *praem. et* [Me]io *ex v. sq. add. Spengelius* (*)
800—803. *Sic A* (*v.* 801 ESSURIO, *ut vid., v.* 803 NT *per ligaturam*):
IOIKYMENKYMENAEOKYMEN
QUIDAGISMEASALUS#E**URIOKERCLEATQ·ADEOKAUSALUBRITER
ATEGOAMO#ATEGOKERCLENIKILIFACIOTIBIAMORPROCIBOST
MIKIEREIEIUNITATEIAMDUDUMINTESTINAMURMURANT
sic autem B (y *ter ex* i, *ut vid.*):
Meio hymen hymen ae eo hymen SEÑ. Quid agis mea salus?
VILICV[s] Esurio hercle atque adeo haud sicio SEÑ. At ego amo
VILICV[s] At ego hercle nihil facio tibi amor pericli mihi inanitate
Iam dudum intestina murmurant.
itemque ceteri, nisi quod Meyo *F.* MIΩ# *As* (*v. s.*) [h]imen *E.* hiemen *F.* himen *J cum B ante corr.* hymen et eo *V.* himen ac eo *E, sed* ac *E*[3] *ex* id, *ut vid.* himenaee eo *J.* hymeneo *F.* hymenaee *Z* himen *EJF cum B ante corr.* ercle *E bis* haut *E* sitio *VEJZ.* scio *F.* parum sitio *'ant. codd.' Pyladis* nichil *E* (nihili *cum A Guietus*) fatio *VE* pericl'i *E.* percli *J* michi *E* in etate *F post* murmurant *aliquid* (n ?) *er. in E Vbi* Mihi ieiunitate ☙ (*)

LYSIDAMVS

Nám quid illacc nunc tám diu intus rémorantur remelígines?
Quási ob industriám, quanto ego plus própero, procedít minus. 805

OLYMPIO

Quíd si etiam ís occentem hymenaeum, sí qui citius pródeant?

LYSIDAMVS

Cénseo: et ego te ádiuuabo in núptiis communibus.

LYSIDAMVS. OLYMPIO. TIBICEN

Hýmen, hymenaee, ó hymen.

---

804. *Festus p 377, 29 M.:* remeligines [remeligens *cod.: corr. e Paulo*] et remorae a remorando [*sic Muellerus:* memorando *cod.* a morando *Paulus*] dictae sunt in [a *Vrsinus. om. Loewius*] Plauto in Casina [patina *cod.*] 'nam quid illae nunc tam diu intus [diuinitus *cod., item Paulus*] remorantur remeligines' (*ubi* Plautus 'quid nunc illae *e. q. s. Paulus*). *Adde glossam* remiligines: remoratrices *apud Loewium Prodr. p. 263. De* remoragines *cogit. Lambinus refutante Muellero in suppl. annot. p. 402. Cf. Ritschelius Parerg. p. 168 et Leidolphus p. 201. 219.*

---

804. *Sic A, sed* REMILIGINES, *quam vocem om. ceteri* (*ex Festo add. Valla*) *in* remoratur *finientes. Praeterea* illec *EF* tamdiu *ex* tam diu *B.* tandiu *E* *Cf. testim.* 805. *Sic A* (MINUS *seorsum*), *ubi* tanto *pro* procedit *ceteri* minus E^2 *ex* uum̄ *vel* pum̄ *vel al.* (*)

806 *sq. Sic A* (ODEANT *litteris minoribus et* ODEA *suprascriptis lineolis,* NT *per ligaturam*):

QUIDSIETIAMSIOFFENDAMKYMENAEUMSIQUICITIUSPRODEANT
CENSEOETEGOTEADIUUABOINNUPTIIS**MMU*IB—

sic autem B (*er.* ego, *ut vid., inter* si *et* etiam)*:*

VILICVS. Quid si etiam offendam hymeneum?

SENEX. Censeo et ego te adiutabo innuptiis communibus

itemque ceteri, nisi quod ostendam *F* himeneum *EJ* adiutabo ad *ex* et E^1, *ut vid.* innuptus *E.* in nuptiis *ceteri* *Vbi* occentem *Pius corr. ex 'exempl. sinceris' cui* is (*i. e. remeliginibus*) *praem.* *duce A* (*) 808—814. *Sic A* (*in v.* 809 *fort.* DIRRUMPI *pro* DI DIRUMPI)*:*

KYMENKYMENAEOKYMEN
PERIIKERCLEEGOMISERDIDIRUMPIKYMENAEOCANTANDOLICET
ILLOMORBOQUODIRUMPICUPIONONESTCOPIAE
EDEPOLNETUSIEQUUSESSESESSESINDOMABILIS
QUODARGUMENTO#NIMISTENAXES#NUMMEEXPERTUSUSPIĀ
DIMELIUSFACIANTSEDCREPUITOSTIUMEXITFORAS
DIKERCLEMECUPIUNTSERUATUMIAMOBOLUITCASINUSPROCUL

LYSIDAMVS

Périi hercle ego misér: dirumpi cántando hymenaeó licet,
Íllo morbo, quó dirumpi cúpio, non est cópiae. 810

OLYMPIO

Édepol, ne tu sí equos esses, ésses indomábilis.

LYSIDAMVS

Quo árgumento?

OLYMPIO

Nímis tenax es.

LYSIDAMVS

Núm me expertu's úspiam?

OLYMPIO

Dí melius faciánt. sed crepuit óstium: exitúr foras.

LYSIDAMVS

Di hércle me cupiúnt seruatum.

TIBICEN

Iam óboluit Casinús procul.

---

sic autem B:
VILICVS. Hymen hymen ae eo hymen SEŇ. Perii hercle ego miser
Dirumpi cantando hymeneum licet. illo morbo quo dirumpi
Cupio non est copia VILICVS. Edepol ne tu si equus esses
esses
Indomabilis SEŇ. Quo argumento? VILICVS. Nimis tenax es
SENEX. Num me expertus uspiam? VILICVS. Di melius faciant
Sed crepuit ostium exitur foras SEŇ. Di hercle me
Cupiunt seruatum. Iam oboluit casinus procul
itemque ceteri, nisi quod himen *ter EJ* hymenaee o *Z.* hymenee o *F* perii E^3 *ex* p̄m', *ut vid.* ercle *E* disrumpi *bis F* imeneum *E* netu *VE* equs esses *E.* aequus esses *J.* esses equus *F* sesses indomabilis *VE.* esses admirabilis *F* Non ne *ex* Non me *V.* Num men *Z* (*corr. Pylades*) Dii *bis JF* *in* faciant *pro* c *ab initio* x *voluisse videtur B* S; *E* crepuit *ras. ex* crepiunt *E.* crepui *J* hostium *VJF* exigitur *V* Diercle *E* oboluit, *alt.* o *ex* b *ras. E* casina *J.* Cassina *FZ* *Vbi* expertu's *corr. Lambinus, extrema verba tibicini dedit* ☙ (*)

PARDALISCA. CHALINVS. CLEOSTRATA. OLYMPIO. LYSIDAMVS

PARDALISCA

Sensím supera limén, tolle 815
Pédes, mea noua núpta:
Sospés iter incipe hoc, út uiro tuo
Sémper sis supérstes,
Tuaque út potior polléntia sit,
Vincásque uirum uictríxque sies. 820
Tua uóx superet tuomque ímperium:
Vir té uehat, tu uirum déspolies.

Act. IV Sc. 4 PARDALISCA CHALINUS *A, uno praeterea versu vacuo.* ANCILLÆ ·II· SERVVS SENEX *B itemque, sed* ANCILLE *VE.* Ancillae duae. Villicus. Senex *F itemque, sed* Villicus Olympio *Z: cf. Seyffertus in Bursiani Annal. XLVII (a. 1886) p. 12 sq. adn.*
815—818. *Sic A:*

SENSIMSUPERATOLLELIMENPEDESMEANOUANUPTA
SOSPESITERI*CIPE*OCUTIUIROTUO
S*MPERSI**UPERSTES

sic autem B (ubi ANCL. *praem. B²):*

Sensim super attolle limen pedes noua nupta
Sospes iter incipere hoc ut uiro tuo semper sis superstes

itemque ceteri, nisi quod ensim *V,* ensim *rasura ex* ensum *E c. sp. in.* superattolle *F* incipe *FZ cum A* uiro *E* super stes *E: ub* supera limen, tolle *S duce A, quocum* mea *suppl. Studemundus de cant. p. 24* (*) 819—824. *Sic A:*

TUAQ·UTPOTIORPOLLENTIASITUINCASQ·UIRUMUICTRIXQ·SIES
TUAUOXSUPERETTUUMQ·IMPERIUMUIRT - - - -ATTUUIRUM
DESPOLIES
NOCTUQ·ETDIUUTUIROSUBDOLASIS
OPSECROMEMENTO

sic autem B (post superet *er.* a, *ut vid., post* uir *er.* tu, ol *in* subdola *ex* id, *ut vid.):*

Atque ut potior pollentia sit uincasque uirum uictrixque sies
superet/// tuumq' imperium uir////te uestiat. tu uirū
despolies.
& dui ut uiro subdola sies obsecro memento

itemque ceteri (om. lacunis JFZ), nisi quod ut potior pollentia ut *VEFZ.* potior pollentia ut *J* Superet (uper et *c. sp. in. E*) tuumq; *VEJ.* Superetque tuum *FZ* inperium *E* uir te *JFZ.* uirtute *VE itemque B ante rasuram* depolies *E*

Noctúque et diu ut uiro súbdola sis,
Ópsecro meménto.

OLYMPIO

Malo máxumo suo hercle ílico, ubi tántillum peccássit, — 825

LYSIDAMVS

Tace.

OLYMPIO

Nón taceo.

LYSIDAMVS

Quae rés?

OLYMPIO

Malae male mónstrant.

LYSIDAMVS

St: fácies tu hanc rém mi ex paráta imparátam:
Id quaérunt uolúnt, haec ut ínfecta fáciant.

---

823. *Nonius p. 98, 22 M.:* diu pro die . . . Plautus Mercatore 'noctuque . . . sis': *ubi quod* Mercatore *habemus pro* Casina *recte Bucchelerus Mus. Rhen. XV p. 440 ex versu omisso (Merc. 862) explicavit. Cf. Reblinius p. 74, Caesar p. 16. 33. 43.*

Et diu *V* (*sequente 7 litt. sp.*) *EJFZ* (*ubi* Noctuque *ex Nonio add. Guil. Canterus Nov. lect. IV 6 cum A*) te uehat *pro* te uestiat *duce A, in quo illud spatium excedere visum est* (*) 825–830. *Sic A* (*spatio inter* TACE *et* NON *minore*):

MALOMAXUMOSUOKERCLEILICOUBITANTILLUMPECCASSIT
TACE#NONTACEO#QUAERES#MALEMALAEMONSTRANT
FACIESTUKANCREMMIKIEXPARATAIMPARATAM
IDQUAERUNTIDUOLUNTKAECUTINFECTAFACIANT
AGEOLYMPIOQUANDOUISUXOREM
ACCIPEKANCABNOBIS

sic autem B ([t] *supra* taceo *B*[2] *eademque* ANCL. *ante* Age):

maxumo suo hercle ilico ubi tantulum peccassit
non taceo SEN. Quę res. VILICVS. Mala male male monstrat.
hanc rem mihi exparata imparatam.
Id quęrunt. uolunt. haec ut infecta faciant
Age olympio quando uis uxorem accipe hanc anobis SENEX

itemque ceteri, nisi quod Vil. *praem. JF'Z* (*om. lacuna*) Maximo *E*[1] (u *s. v. E*[2]) hercle *c. sp. in fine pag. V.* ercle *E* tantalum *E ante ras.* Non taceo *V et, om. lacuna, JFZ.* Non tacet *E*[1] (*om. lac.*): taceo *corr. rubr.* que *EJF* res mala (*om. pers.*) *J* malae male *VF'Z.* malæ malæ *J* monstrar *Z* Hanc (*om. lacuna*) *VE JFZ* q̄runt *E.* querunt *VJF* h' *E.* hec *F* ut *s. v. V*

CLEOSTRATA

Age, Olýmpio, quando uís uxorem,
Áccipe hanc ab nóbis.

OLYMPIO

Date érgo, datúrae si mi úmquam estis hódie.

LYSIDAMVS

Abíte intro.

CLEOSTRATA

Amábo, integrae átque imperítae huic
Impército.

OLYMPIO

Futúrumst.
Valéte.

LYSIDAMVS

Ite iámiam, ite iámiam.

CLEOSTRATA. PARDALISCA

Valéte.

LYSIDAMVS

Iamne ábscessit úxor?

Anc. Age B^2JFZ olimpio VEJ accipere Z *Vbi cu* Malo *et* Tace *suppl. Camerarius,* Facies *Studemundus de cant. p.* tantillum *post alios corr. Guietus,* monstrant *Pylades. Ante* Fi *add.* St $\mathfrak{B}$, *v.* 829 *sq. Cleostratae dedit Seyffertus l. s. s.* (*) 831—836. *Sic A:*

DATEERGODATURAESIUMQUAMESTISKODIEUXOREMMIKI
ABITEINTRO#AMABOINTEGRAEATQ·IMPERITAEKUIC
IMPERCITO#FUTURUMEST
UALETE#ITEIAMITEIAM#UALETE
IAMNEABSCESSITUXOR#DOMIST#NETIME#EUAX
NUNCPOLDEMUMEGOSUMLIBER

sic autem B (*praem.* SENEX *in fine v. anteced.:* impercito *ex* im cito, *ut vid., B^2*):

Date ergo daturae siunquam estis hodie uxorem VIL. Abite i ANCL. Amabo integrę atque imperitę huic impercito
SEÑE. Futurum est. ualete ite iam ualete. Iamne ab cessit uxor? VIL. Domi est ne time SEÑ. Euax nunc pol demum ego sum lit *itemque ceteri, nisi quod* dature EJF si umquam V. siūquan si unquam JE. unquam si Z hodie estis F abiit VE Aml ābo E. adiuuabo F integre $VEJF$ atq V imperite EJF im cito VJF *cum* B^1. īpera atq; EZ ite E^2 *s. v.* iam ne

OLYMPIO

Domíst: ne time.

LYSIDAMVS

Eúax, 835

Nunc pól demum ego sum líber.
Meúm corculúm, melculúm, uerculum.

OLYMPIO

Heús tu,

Malo sí sapis cauébis.
Meást haec.

836 *sq. Osbernus p. 101:* cor, cordis. inde . . . . hoc corculum, li ·i· paruum cor: unde Plautus 'ego sum liber [in] meum corculum, melculum, uerculum'. *Idem p. 621:* uer, eris. inde . . . . hoc uerculum, li, diminut. Plautus 'ego sum liber meum corculum, meum melculum, meum uerculum'. *Festus Pauli p. 61, 6 M.:* corculum a corde dicebant antiqui sollertem et acutum. Plautus in Casina 'ego sum liber meum corculum, melliculum' (*ubi vocis explicationem ab exemplo posito abhorrentem ad Scipionem Nasicam 'Corculum' in epitoma omissum Scaliger revocat*). *Priscianus inst. III 27 p. 102, 17 H.:* neutrorum quoque sunt formae hae [*scil.* diminutiuorum] 'culum' . . . . ut 'corpusculum', 'corculum' — Plautus in Casina 'meum corculum, melculum, uerculum'.

---

scessit *VEJFZ* netime *VE ante corr.* domum ego *F* *Vbi Senis et Vilici pers. ab initio permut. Pistoris,* CLE. *pro* ANC. *Seyffertus l. s. s., denique Seni* Ite (*Ancillae* Iam ualete) *dedit Dousa. V.* 831 uxorem *del. Bothius,* mihi (*quod ex A accessit*) *trai.* 🅱 *mox* iam *bis iterans cum Spengelio* (*) 837—842. *Sic A* (*in quo v.* 840 *supra* N *in* tenebo *lineola apparuit tanquam ex* L *inscripta, post eandem vocem valde dubiae litterarum* Q— E [QUAE] *reliquiae, post quae nihil certe extitit, v.* 841 U *in* Venus *videtur ex* IS *correcta, ut iam fere* UENKS *videatur legi*):

MEUMCORCULUMMELCULUMUERCULUM#KEUSTU
MALOSISAPIESCAUEBIS
MEASTKAEC#SCIOSEDMEU*FRUC*USESTPRIOR
TENEKANCLAMPADEMIMMOEGOKANCTENEB——
UENUSMULTIPOTENSMULTABONAMIKI
DEDISTIKUIUSCUMCOPIAMMIKIDEDISTI#O

sic autem B:

Meum corculum melliculum uerculum VIL. Heus tu malo si sapis
Cauebis mea est haec SEÑ. Scio sed meus fructus est prior
VIL. Tene hanc lampadem SEÑ. Immo ego iam tenebo
Venus multi potens bonam uitam mihi
Dedisti huius cum copiam mihi dedesti

itemque ceteri, nisi quod corculum *ex* cocuium *E²* mellicūlum *E.* melliclū *V* (melliculum *etiam Paulus.* melculum *cum A Priscianus: cf. testim.*) uerculu *VE.* uermiculum *F* h' *E.* hec *F*

LYSIDAMVS

Sció: sed meús fructust príuos.

OLYMPIO

Tene hánc lampadem.

LYSIDAMVS

Ímmo ego iam hanc lépidam tenébo. 840
Venus múltipotens, bona múlta mihi
Dedísti, huius quóm copiám mihi dedísti. o,
Corpúsculum malacum.

OLYMPIO

Mea uxórcula, quae res?

LYSIDAMVS

Quid est?

OLYMPIO

Ínstitit planta 845
Quasi lúca bos.

LYSIDAMVS

Tacé sis.

---

840. *Priscianus inst. VII 53 p. 330, 13 H.:* in Graecis autem frequenter inuenimus auctores tam in hac quam in aliis declinationibus Graecos plerumque seruantes accusatiuos, ut .... 'lampada' pro .... 'lampadem' [lampadam *R et fort. H ante ras. D ex corr.* lapadam *B*] quamuis Plautus 'hanc lampadem [lampadam *GLh*] dixit in Casina 'tene hanc lampadem [lampadam *Lh*] immo ego hanc tenebo'.

8; *E* multipotens *EJFZ* michi *J* quom *F* mihi dedisti *VEJFZ* *Vbi v.* 839 fructust priuos *et v.* 840 ego iam hanc (*sic Fleckeisenus: cf. testim.*) lepidam ☠; *v.* 841 bona multa mihi *Studemundus confirmante ex parte A* (*) 843—846. *Sic A:*

CORPUSCULUMMALACUM
MEAUXORCULAQUAERES
QUIDEST ‖ INSTITITPLANTAM
QUASILUCABOS ‖ TACESIS

sic autem B:

Corpusculum melliculum VIL. Mea uxorcula
SEÑ. Quid est? VIL. Institit plantam SEÑ. Quasi iocabo

itemque ceteri, nisi quod plantũ *F* iocabo *ex* iacebo *E.* iocabor *Z: ubi* planta *corr. Fleckeisenus,* quasi luca bos. ⁋ Tacesne *em. Studemundus fere cum A* (*)

Nebula haúd est mollis aéque atque huius ést tegus.
Edepól papillam béllulam.

OLYMPIO

Ei miseró mihi.

LYSIDAMVS

Quid est?

OLYMPIO

Péctus mi icit nón cubito, uerum áriete.

LYSIDAMVS

Quid tu érgo hanc quaeso tráctas tam durá manu? 850
At míhi, qui belle hanc trácto, non uallúm facit.

OLYMPIO

Vah!

LYSIDAMVS

Quíd negotist?

---

847 *sq. Sic A* (*vix* KEI *pro* #EI):
NEBULAKAUDESTMOLLISAEQ·ATQ·KUIUSESTPECTUS
EDEPOLPAPILLAMBELLULAM#EIMISEROMIKI
sic autem B:
Nebula haud est mollis atque huius est
VIL. Edepol papillam bellulam ei misero mihi
itemque ceteri, nisi quod haut *E* VIL. *om. E* belluam *F* hei *VFZ* *Vbi* aeque atque *Lambinus cum A: in quo cum* PECTUS *sub finem exstare videatur* (*certe non* CORPUS) tegus *em.* *mox pers. corr. duce A* (*) 849. QUIDEST#PECTUSMIKIICITNONCUBITOUERUMARIE*E *A* (*sequente fortasse* AK *post* E). SEÑ. Quid est? VIL. Pectus mihi agit non (mihic agit non *J.* mihi nunc agit hic *F*) cubito (*ex* culto *E*) *ceteri: ubi cum A* icit *em. Palmerius,* uerum ariete *inter alia suppl. Studemundus* (*) 850. QUIDTUERGOKANCQUAESOTRACTASTAMBURAMA—— *A.* SEÑ. Quid (Qui *J*) tu ergo hanc queso (q̃so *E*) tractas tam *ceteri, ubi* dura manu *suppl. Studemundus duce A* (*) 851 *sq. Sic A:*
ATMIKIQUIBELLEKANCTRACTONONUALLUMFACIT
UAK#QUIDIDNEGOTIST#OPSECROUTUALENTULAST
sic autem B:
At mihi qui belle hanc tracto non VILICVS. Vaha
SEÑ. Quid negoti est VIL. Obsecro ut ualentula est
itemque ceteri, nisi quod non VIL. uaah// (*er.* a) *V.* non VIL. uahat *E.* non. Vil. Vaha *JFZ* negotii *VJ.* negocii *F.* negoci *Z: ubi* non bellum *vel* uallum facit *suppl. Studemundus ex A, in quo tamen* UA *quam* BE *multo probabilius est* (*)

OLYMPIO

Ópsecro, ut ualéntulast:
Paene éxposiuit cúbito.

LYSIDAMVS

Cubitum ergo íre uolt.

OLYMPIO

Quin ímus ergo?

LYSIDAMVS

I, bélle belliátula.

852. *Osbernus p. 599:* ualentulus, a, um ·i· aliquantulum ualens: unde Plautus in Cassia 'obsecro ut ualentula est'. 854. *Osbernus p. 62:* bellus, a, um, ·i· aliquantulum bonus . . . unde . . . bellatulus, a, um, ·i· aliquantulum bellus: unde Plautus in Cassia de quadam meretrice 'bella bellatula est' inquit.

853 *sq. Sic A:*

PAENEEXPOSIUITCUBITO#CUBITUMERGOIREUOLT
QUINIMUSERGO#IBELLEBELLIATULA

sic autem B:

Pene exposiuit cubito SEÑ. Cubitum ergo ire uult
VIL. Qui nimis ergo SEÑ. Bella bellatula

itemque ceteri, sed exposuit *VEJZ* cûbitũ *VE.* cubitulum *F* uolt *VJFZ* Quin imus *JF.* Quin unus *Z* bellatura *Z: ubi* i belle *em. Acidalius* (belle *iam Dousa*) *cum A* (*)

ACTVS V

CLEOSTRATA. MYRRHINA. PARDALISCA

MYRRHINA

Accéptae bene ét commode éximus íntus 855
Ludós uisere húc in uiám nuptiális.
Numquam écastor úllo dié risi adaéque
Neque hóc quod relícuomst plus rísuram opínor.

PARDALISCA

Lúbet Chalinum quíd agat scire, nóuom nuptum cum nóuo marito.

---

859. *Priscianus inst. VIII 2 p. 370, 8 H.:* sunt autem quaedam non solum in uerbis, sed etiam in aliis partibus orationis, quae signi-

---

Act. V Sc. 1 CLEOSTRATA MYRRINA PARDALISCA *A uno praeterea versu vacuo.* MVLIER ANCILLE ·II· C· *VE.* MVLIER ANCILLÆ ·II· *BJ.* Ancille (due *add. F*). Mulier. Seruus calinus *FZ* (*Servi pers. del. Saracenus, utramque Mulierem cum Pardalisca induxit Lambinus*) 855. MY. *Bothius.* MVL. B^2. ANCIL. *J* *Sic libri cum A, nisi quod* Accepte B^1 (ę B^2) *JF.* ccepte *c. sp. in. VE* comode *J.* commodę B^2 (e B^1) 856. LUDOSUISEREK***NUIA ----IS *A* uiseret *E* huc *libri, sed B ex* huic (*vel* huiu[s]), *ut vid., corr.* uiam *Lambinus.* uia *libri* nuptiales *F* (*) 857. Mu. *praem. Z* NUNQUAMECAST*RULLODIERISIADAEQUE *A* Numquam *B.* Nunquam *JFZ.* Nũqua *V.* Num qua *E* ulla *F* ///risi *E* ad çque (e *ex* æ) *B.* ad eque *VEF.* adeaque *J* 858 *sq. Sic A:*

NEQ·KOCQUODRELIQUOMESTPLUSRISURAMOPINOR
LUBETCKALINUMQUIDAGATSCIRE***O----
NO**MARITO

sic autem B:

Neque hoc quod reliquum est plus risuram opinor
Libet chalinum quid agat scire nouum nuptum cum nouo marito

itemque ceteri, nisi quod hoc *s. v. E*[2] Lubet chalinum *JF.* libet charinum *Priscianus* (*v. s.*) nuptam *Z* *Versum* 859 *Pardaliscae tribuit* ☙ (*)

MYRRHINA

Nec fállaciam ástutiórem ullus fécit 860
Poéta atque ut haéc est fabré facta ab nóbis.

CLEOSTRATA

Optúnso ore núnc peruelím progredíri
Seném, quo senéx nequiór nullus uíuit.
Níl quidem néquiorem árbitror ésse eum,

---

ficationis causa dici non debent, ut si uelimus masculinum dicere ab eo quod est 'nupta' 'nuptus' .... nisi figura uel auctoritas intercedat .... auctoritas, ut Plautus in Casina 'libet Charinum quid agat scire nouum nuptum' pro 'maritum'. *Idem VIII 12 p. 377, 17 H.:* quaedam uero ex eisdem, neutralibus passiuam [*scil.* significationem habent], ut 'nubo tibi': quamquam antiquissimi etiam actiua significatione, 'nubo te' dicebant, unde Plautus in Casina 'libet .... nuptum': *ubi* charinum quid *§ 12 libri tantum non omnes, § 2 Gr tantum* (etiam numquid *ceteri*). 861. *Osbernus p. 236:* fabre aduerb. ·i· ingeniose: quod componitur fabrefactus, a, um, ·i· artificiosus, a, um, et ingeniosus: unde Plautus in Cassia 'haec fallacia est fabrefacta'.

860—862. *Sic A* (*et* astuliorem *et* fabrb *vix dubiis*):

***F*LLAÇIAMASTULIOREMULLUSFEÇIT
POETAATQ·******ESTFABRBFAÇTABNOBIS
OPTU*S******ÇP***ELIM*ROGR***RI

sic autem B (fabrefacta *ex parte in ras., fort. ex* fabricata fab):

Nec fallaciam astuciorem ullus fecit poeta atque ut haec est
fabrefacta abnobis obtunso ore nunc peruelim progrediri

itemque ceteri, nisi quod fallatiam *V* astutiorem *VJFZ* hec *JF.* h' *E* fabre facta *VEJFZ* a nobis *EZ* obtunso E^3 (*ex* obc/ nso). obtenso *F* peruellem *F.* uelim E^1 (per *add.* E^2) progredi *F*
Discriptionem corr. Bentleius cum A, Cleostratae pers. add. ☙ (*)
863—869. *Sic A* (*incerto maxime v.* 864, *v.* 865 PRAEKIBET, *ut vid.*):

SENEMQUO——— — ————
ILLUMQ*I***Q********BITR*RESSEERUM
QUILOCUMPR———ILLI———————————
**NCIA————————PRAES
*EUO*OKICPA***L****ESSEQUIKINÇEXEAT
UTEUMLU ——S——————
FEÇE**********S

sic autem B (*ubi* lu *et* ANCL. *add.* B^2):

Senem quo senex nequior nullus uiuit. ne illum quidem
Nequiorem arbitrare esse qui locum prebet illi nunc psidē
hic pardalisca esse qui hinc exeat eum ut
lu dibrio habeas ANCL. libens fecero & solens

itemque ceteri, nisi quod Senex quo senex *J* neullum *V.* ne ullum *JZ.* nec ullum *F* arbitrarem *JF* praebet illū (i *ex* ū) nunc

Quí locum praéhibet illí * * * * * 865
Núnciam praésidem * * * * * *
Té uolo hic, Párdalisca, ésse: qui hīnc éxeat
Vt eum lu* * * * * lúdibrio habeas.

PARDALISCA

Vt lubens
Fécero et soléns.

CLEOSTRATA

* * * * * * * *

PARDALISCA

* * * * * * 870

MYRRHINA

Ínspectato hinc ómnia, intus quíd agant.

---

presidem (*16 litt. sp.*) hic *V.* p̄bet////// (*er.* ēē) illi nunc p̄sidem|| (*6—7 litt. sp.*) hic *E.* prebet illi nunc presidem hic *JFZ* pardilisca *F* ēē *V.* esset *Z* ut (*15 litt. sp.*) dibrio *V* (lu *add. m. rec. cum* B^2). ut|| (*6—7 litt. sp.*) dibrio *E.* ut ludibrio *JFZ* habeas *om. JF* ♯ Libens *V.* Libens *E.* Lubens *Z* *Vbi cum A, ut vid.,* arbitror *corr. Merula ed. II,* ut eum *trai. Guietus,* Te uolo *suppl. Vssingius.* Nil *pro* Ne illum *scr.* ☙ *post* esse *duce A (?)* eum *adiciens et* Vt *ante* lubens, *ad hoc exemplum refingens reliqua:*

Quí locum praéhibet illí ⟨stupri líberum.⟩
Núnciam praésidem ⟨lépidis⟩ praes⟨trígiis⟩
Té uolo hic, Párdalisca, ésse: qui hinc éxeat,
Vt eum lu⟨sorém meum⟩ lúdibrio habeas. PA. Vt lubens
Fécero et soléns. (*)

870—874. *Sic A* (*quam maxime incerta novi versus* 870 *lectione*):

(FEÇE*********S)
KIÇES**X——SED**S- - - - - - - - - EÇASTORSOÇIASUM
S— - - - - - - - - - - - - - - - QU****T——
— - SLIÇET
QUAEUELISLIBEREPROLOQUI♯TACE
UESTRAFORISCREPUIT

sic autem B (*ubi et* MVL. *add. et* spectato *ex* e ctato *corr. et* p *ante* one *suppl. et* ANCL. Tace nostr^a *in ras. scr., eraso* Tace nostra, B^2):

spectato hinc omnia intus quid agant
pone me amabo MVL. et ibi audacius licet
Que uis libere ploqui ANCL. Tace nostr^a foris crepuit

itemque ceteri, nisi quod e ctato B^1. Etato *post 14 litt. sp. V.* e etato (*post 6—7 litt. sp.*) *E* (t E^2). ecato *J.* Etanto *F.* Mul. Spectato *Z* omnia E^2 *ex corr.* intus quid (quidem *Z*) intus agant *VEJFZ*

PARDALISCA

* * * *

Póne me amabo.

MYRRHINA

Ém: tibi audácius licét
Quaé uelis líbere próloqui.

PARDALISCA

Tacé:
Vostrá foris crepuit.

OLYMPIO. CLEOSTRATA. MYRRHINA. PARDALISCA

OLYMPIO

Neque quó fugiam neque ubí lateam neque hoc dédecus quomodo célem 875
Scio: tántum erus atque ego flágitio superáuimus nuptiis nóstris.
Ita núnc pudeo atque ita núnc paueo atque inrídiculo sumus ámbo.

877. *Fortasse inter alia huc spectat Priscianus partit. XII v. Aen. p. 486, 6 K.:* antiquissimi tamen et paeniteo et pudeo et pigeo et misereo dicebant: *cf. ad. v. 141.*

one *post 15 litt. sp.* B^1V. One *E.* one *JF.* o ne *Z* *inter* amabo *et* et *spat. V (9 litt.) JF. om. EZ* audatius *VE* Que uis *EJF* proloqui tace *JFZ* tacet *E* uostra *VEJF* *Vbi* Inspectato *duce A et* Em: tibi *pro* et ibi *corr.* ☞ *sic reliqua supplens:* ⟨CLEO. Híc est ex insídiis aucupándum. PA. Ecastor sócia sum MY. Ín⟩spectato hinc ómnia intus quíd agant. ⟨PA. Vos recédite⟩ Pone me *c. q. s.* (*)

Act. V Sc. 2 OLYMPIO *A, uno praeterea versu vacuo.* SERVVS ElDEM *BVE et, interiecto* ET, *J.* Et eidem *F.* Olympius. Mulier *Z* 875. NEQ·QUOFUGIAMNEQ·UBILATEAMNEQ·KOCDEDECUSQUOMO | DOCELEM *A* eque *c. sp. in. VE* hoc *om. J* celem *B in ras.* (? *in fine er.*) (*) 876. SCIOTANTUMERUSATQ·EGOFLAGITIOSUPERAUIMU**UPTIIS NOSTRIS *A* Scito *J* tantum herus *Angelius confirmante A.* tantum frus *BVEJ.* tantum fraus *Z.* tamen fraus *F* superfuimus *JF* nupciis *E* nrīs *BV* (*) 877. ITANUNCPUDEOATQ·ITANUNC-PAUEOATQ·INRIDICULOSUMUSAMBO *A* irridiculo *Lipsius Ant. lect. V 11.* in ridiculo *FZ (cf. A).* inridiculum *BVE.* in ridiculum *J* (*)

Sed ego ínsipiens noua núnc facio: pudet quém prius non
puditúmst umquam.
Operám date, dum mea fácta itero: est operaé pretium
auribus pércipere:
Ita rídicula auditu íteratu ea sunt, quaé ego intus turbáui. 880
Vbi intro hánc nouam nuptam déduxi, rectá uia in conclaue
ábduxi.
Sed tám tenebrae ibi erant quam ín puteo, quom 'sénex, aps
te decúmbe' inquam.
Cónloco fúlcio móllio blándior,
Vt prior quám senex núp* * *

---

878. *Sic A* (*v. post.* NON *bipart.*), *ubi* S; *E* fatio *V* pudet quem *Bothius cum A.* pudet que *J et* (q') *BE.* pudetq. *V.* pudet quod *FZ* pius *VE* puditum (*ex* pudicum *E*²) umquam (unquam *F*) est *BVEJFZ* (*) 879. OPERAMDATEDUMMEAFACTAITEROESTOPERAEPRETIUMAURIBUS ‖ N**PERCIPERE *A valde dubiis litteris* (NOS ?) *ante* PER Operam *FJZ.* Opera *BVE* meo *Z* est opere auribus *BVEJFZ: quae cum A suppl. Saracenus* percipere *B cum A, ut vid.* accipere *VEJFZ* (*) 880. *Sic A, ubi* interatu *V* que *EJF* turbaui *Camerarius cum A.* tu *BVE.* tuli *JFZ* (*) 881—883. *Sic A* (*in quo post* NEX *quadrat* APSTE *vel* ABSTE):

UBIINTROKANCNOUAMNUPTAM**DUXIRECTAUIAINCO
NCLA*E ————————————
SEDTAMENTENEBRAEIBIERANTTAMQUAMINPUTEOCUMSE
NEXA**TEDECUMBEINQUAM
CONLOCOFULCIOMOLLI*BLANDIOR

sic autem B (nec *ante* abste *ras. ex* nex):

Vbi intro hanc nouam nuptam deduxi uia recta clauē
Abduxi. sed tamen tenebrę ibi erant tamquam nox
nec abste decumbe in
Con loco fulcio mollio

itemque ceteri nisi quod nuptam *om. JF* deduxisti *F* recta clauem (*om. sp.*) *EFZ* s; *E* tñ (*ras. ex* tm̃) *E.* tum *membr. Turn.* tenebre *VEJF* tãquam (*47 litt. sp.*) nex abste decũbem *V.* tãquam nex ab ste decumbem *E.* tanquam senex abs te decumbem *J c. membr. Turn.* tamquam nox abs te decumbem *Z.* tamquam *et* senex abs te decumbem *post* mollio *F* Colloco *JF* *Vbi* uia in conclaue abduxi *Vssingius confirmante A,* tam[en] *et* [tam]quam *Spengelius* (*) 884—889. *Sic B* (*iuxta* Respecto *in marg. exter. δ*):

Vt prior quã senex nup
Tardus eẽ ilico cępi quoniam
Respecto
Inlecebram stupri principio eam sauium posco
Repulit mihi manum neq' enim dare sibi sauium me siuit

Tárdus esse ílico coépi, quoniam * * 885
* respecto idéntidem né senex * * * *
Ínlecebram stuprí principio eam sáuium posco * *
Réppulit mihí manum: neque ením dare sibi sáuium
Me síuit * * *
Enim iám magis insto, iam ádpropero, 890
Magis iám lubet in Casinam ínruere:
Cupio íllam operam seni súrripere:
Forem obdo óbice, ne senex me ópprimeret.

CLEOSTRATA

Áge dum, tu adi hunc.

PARDALISCA

Ópsecro, úbi tua noua núptast?

OLYMPIO

Périi hercle ego, manfésta rest.

PARDALISCA

Ómnem mi ordiné rem 895

887 *sq. Osbernus p. 290:* Idemtidem: item, itidem. Plautus 'tardus ilico coepi esse, quom respecto idemtidem'.

itemque ceteri, nisi quod qua senex nuper *Z* ęssę *E* illico *EJZ* cepi *EJF* qum̃ (*12 l. sp.*) Respecto identidem ne senex (*29 l. sp.*) *V.* quoniam respecto identidem ne senex *EFZ.* quo ‖ Respecto identidem ne sex ‖ *J* Incelebram *VEJ.* Incelebrem *B ante corr.* Illecebram *FZ post* posco *9 litt. sp. V* Reppulit *VEFZ* neq. ecum *V.* nec quietum *JF* suauium (*bis*) *F* sinit *EJFZ. Quae ad hoc exemplum supplet* 𝔖 (*dein v.* 890—893 *dimetris pro tetram. discribens*):

Vt prior quám senex núp⟨tias pérpetrem.⟩
Tárdus esse ílico coépi, quoniam ⟨árietat
Fóres.⟩ respecto idéntidem, né senex ⟨rumpát seram.⟩
Ínlecebram stuprí principio eam sáuium posco, ⟨áppeto:⟩
Réppulit mihí manum: neque ením dare sibi sáuium
Me síuit ⟨nimis iratú.⟩ (*)

890 *sq.* magis insto, iam 𝔖. magis iam *libri* appropero *JFZ* libet *BVEJ* irruere *JFZ* (*) 893. obdo obice ne 𝔖. obdone *VE.* obdo ne *JZ.* abdo ne *BF* opprimat *F* (*) 894. CLEO. 𝔖. *om. libri* Agedum *JFZ* huc *F* PA. 𝔖. ♯ *B. om. ceteri* obsecro *VEJFZ* (*) 895. OL. *Saracenus. om. libri* ercle *E* ego *om. JF* manfesta rest. PA. omnem mi ordine 𝔖. manifesta res est♯omnem in ordinem *B et, om.* ♯, *VEF: itemque, sed* in ordine *Z et* ordine *J* (*)

Fatéri ergo aecumst: quíd intus agitur? quíd agit Casina?
sátin morigerast?

OLYMPIO

Pudet dícere.

PARDALISCA

Memora órdine,
Vt occéperas.

OLYMPIO

Pudet hércle. 900

PARDALISCA

Age, audácter quamuis dícito:
Postquám decubuisti, índe uolo memoráre: quid est factum *

OLYMPIO

* flágitiumst.

PARDALISCA

Cauébunt qui audíerint faciant *

MYRRHINA

* * * * hoc mágnus est.

OLYMPIO

Pérdis.

896—901. *Sic discr. et* quamuis dicito *sub finem* (*coll. Epid. 16. Merc. 726, al.*) *suppl.* ☒, *ubi B habet:*

Fateri ergo aegum est quid intus agitur quid agit
Casina. sat inmorigera est pudet dicere me
mora ordine ut occeperas pudet hercle age. audacĩ

itemque ceteri, nisi quod aegum *VE cum* B^1 (r B^2). actum *JFZ* (aequum *Camerarius*) est quid *sine sp. VEJF.* est Mu. quid *Z* igitur *F* sat ĩmorigera *E.* satin morigera *JFZ* est. OL. pudet *FZ.* est pudet *EJ* discere *E* me (*spat.*) Mora *VEJ.* me. Mv. (Se. *Z*) Memora *FZ: item ante* Pudet *F* Ser., *Z* OL. *et ante* Age *F* Mv., *Z* Se. *inser.* (*) 902—906. *Sic B* (pape *ex* pepe)*:*

uam debuisti inde uolo memorare quid est factum
flagitium est cauebunt qui audierint faciant
hoc magnus est pdis quintu pgis ubi
us suptus porro
quid babe quid pape

itemque ceteri, nisi quod Quam *E* (*sed* Q *fort.* E^2) *JZ.* Nam *F* quidē *E* Ser. flagitium *F* est cauebunt *sine sp. VE* (*mox fere 9—18 l. V, 6—9 E*) OL. Hoc *Z* agnus est *J.* magnum est *F.* magnust *Z*

PARDALISCA

Quin tu pérgis?

OLYMPIO

Vbi * * * * us súptus porró * 905

* * * *

PARDALISCA

Quíd?

OLYMPIO

Babae.

PARDALISCA

Quíd?

OLYMPIO

Papae.

PARDALISCA

* * * * est?

OLYMPIO

Óh, erat máxumum:

* * * * haberet métui: id quaerere óccepi * * *

OL. (Ser.) Vbi *FZ* us sumptus *F*. ubi sumptus *Z* porto *Z* Quid pape Quid pape *JF*. M. Quid. Vi. habet. M. quid? Vi. Pape *Z* quid' *E*. *Quae ad hoc exemplum supplet* ☙ (Postquam decubuistī *cum Lambino,* At *cum Camerario*):

Postquám decubuisti, índe uolo memoráre: quid est factum ⟨íntus ?
OL. At⟩ flágitiumst. PA. Cauébunt qui audíerint faciant. ⟨ínque.
MY. Lepós in opere⟩ hoc mágnust. OL. Me pérdis. PA. Quin tu pérgis?
OL. Vbi ⟨temptabát man⟩us súptus porró ⟨locos,
Cóntra med érigit —⟩ PA. Quíd? OL. Babae. PA. Quíd? OL. Papae. (*)

907—909. *Sic B* (maximum *e corr.: fuit* malum):

est oh erat maximum
haberet metui id querere occepi

Dum gladium quero ne habeat arripio capulum

itemque ceteri, nisi quod M. est Vi. *Z* Ah *F* erat *inter 6 litt. sp. E.* M. erat Vi. *Z* maxumum *F* (metui) id *Z*. metui ut *F* *post* occepi (*ubi versum vacuum rel. B*) *dim. v. sp. V* (*nullum sp. E*) *ante* arripio *7 litt. sp. V, 4 litt. EJ, post* arripio *4 litt. sp. VE. Quae ad hoc exemplum explet* ☙:

⟨PA. Mágnum quod dícis⟩ est? OL. Óh, erat máxumum.
⟨Ferrúm ne⟩ haberet, métui: id quaerere óccepi ⟨inter túnicas:⟩
Dum gládium quaero né habeat, ⟨medium⟩ árripio ⟨illi⟩ cápulum. (*)

Dum gládium quaero né habeat, * árripio * * cápulum.
Séd quom cogitó, non habuit gládium: nam esset frígidus. 910

PARDALISCA

Éloquere.

OLYMPIO

At pudét.

PARDALISCA

Núm radix fuít?

OLYMPIO

Nón fuit.

PARDALISCA

Num cucumís?

OLYMPIO

Profecto hercle haú fuit quicquam hólerum:
Nísi quicquid erat, cálamitas profécto attigerat númquam:
Íta quicquid erat, gránde erat.

PARDALISCA

Quíd fit denique, édisserta. 915

OLYMPIO

Vbi appéllo Casinam, 'abi' ínquit.

915. *Osbernus p. 522:* diserto, as ·i· diserte loqui. Et componitur edisserto, as, in eodem sensu: unde Plautus in Cassia 'quae sit quaeso edisserta'.

910—912. *Sic B* (*prius* num *ex* pium)*:*
Sed cum cogito non habuit gladium nam ee frigidus eloquere
At pudet num radix fuit non fuit num cucumis
Profecto hercle non fuit quicquam holerum
itemque ceteri, nisi quod quom *FZ* esse *E.* esset *Z.* et esset *F* frigidus M. eloquere *Z.* frigidus eloquere *VEJF* *Personas pro spatiis FZ* nũ cucumis E^2 *in ras. eademque add.* Profecto .... holerum hercle (*13 litt. sp.*) nũ *V.* hercle non *EJFZ* (hercle hau ☙) olerum *JFZ* (*) 913. quicquam erat *F* nunquam *JFZ*
915—920. *Sic constituit* ☙ (*v.* 919 *supplens velut* inmiti's), *ubi B habet:*
Quid fit denique edisserta ubi apello casinam inquit
Amabo me uxorcula cur uirum tuum sic me spernis
Nimis tu quidem hercle immerito
Meo mihi haec facis quia mihi te expetiui
itemque ceteri, nisi quod Mu. Quid *FZ.* Quid' *E* Ser. ubi appello

Amábo, mea uxorcla, ínquam,
Cur tuóm uirum sic spérnis?
Nimis tú quidem hercle * *
Inmérito meo mihi haéc facis, quia té mihi expetíui. 920
Illá tamen haud uerbúm facit et saépit ueste id qui éstis.
Vbi illúm saltum uideo ópsaeptum, rogo ut áltero ad arua sinát adire.
Volo, ut óbuortam, cubitís im * * * * * * *
Vllúm muttit e * * * * * * * * * * * *
Surgo, út in eam in * * * * * * * * * * 925
Atque íllam in * * * * * * * * * * *

MYRRHINA

Perlépide narrat * * * * * * * * * * *

OLYMPIO

Sauiúm * * * * * * * * * * * * * *
Ita quási saetis labra míhi conpungit bárba * * *

FZ inquid *VE* mea uxorcula *JFZ* quor *F* *post* Nimis *er.* h, *ut vid.*, *B* *ante* immerito *6 litt. sp. V.* nunc erit immerito *Z.* immerito num erit *F* Mea michi *J* hec *JF.* h' *E.* hoc *Z* (*) 921. Illa tamen (*vel* Illaec mihi) ☙. Illam *BVE.* Illa *JFZ* facis *F* sepit *libri* idque estis *Z* (*) 922. opseptum *BVE.* obseptum *JFZ* altero ad arua sinat adire ☙ (*cf. Truc. 149*). altero (*sp. c. 7 litt.*) sin adire *B.* altero sin adire *VE.* altero sinat ire *JF.* alterum sinat adire *Z* (*) 923—929. *Sic B* (*adscripto iuxta v. 923 in marg. exter.* δ, labram *ex* labeam *et* p *in* conpugit *ex* n, *ut vid.*, *corr.*):

Volo ut obuertam cubitis im
Vllum muttite
Surgo ut in eam in
Atq' illam in
Per lepide narrat
Sauium
Ita quas is & is labram mihi conpũgit barba

itemque ceteri, nisi quod Nolo *Z.*]olo *J* cubitisim *VJ.* cubitisim *EFZ* lllum *F.*]lum *J* mut tite *V.* mit,te//// (*er.* re) *E.* mittite *FZ* Surdo E^1: *corr.* E^2 ineam in *VE.* meam ui *F.* ineam *Z* illa ui *F* Perlepide *EJFZ* Suauium *F* quasi setis *VEJFZ* labra *Z* michi *J* ɔpungit *E.* compungit *VJZ.* compugit *F* *Quae ad hoc exemplum supplet* ☙:

Volo, ut óbuortam, cubitís im⟨plectere: at óbluctatur néc uerbum⟩
Vllúm muttit: e⟨go hau sátis ualui uallém posticam expúgnare.⟩
Surgo, út in eam in⟨ire iterúm temptem, si tándem pugna lássa siet,⟩

Cóntinuo in genua ástituto péctus pedibus pércutit. 930
Décido de lécto praeceps: súbsilit, mi optúndit os.
Índe foras tacitús profectus eo hóc ornatu quó uides,
Vt senex eódem poclo quó ego biberet.

PARDALISCA

Óptumest.

Sed ubíst palliolum tuóm tibi?

OLYMPIO

Hic íntus reliqui.

PARDALISCA

Quid núnc? satin lepide ab éa aditast uobís manus?

OLYMPIO

Merito. 935

Sed cóncrepuerunt fóres. eho, num illa mé nunc sequitur?

Atque íllam in⟨cipio pérmulcere et uérbis et manibús blandis.⟩
MY. Perlépide narrat. ⟨CLEO. Pérlepide 'noua núpta' eum lusit. PA. Quín pergis?⟩
OL. Sauiúm ⟨iam tandem infígere mihi contíngit: uerum haud suáue fuit:⟩
Ita quási saetis labra míhi conpungit bárba ⟨haud secus quam uír si esset.⟩ (*)

930. ingenua *BVEF* astituto *Scaliger, Dousa post alios.* astituti *BVE²J.* astuti *E¹.* astanti *FZ* pectus pedibus *Bothius, Reizius.* pectus mihi (michi *J*) pedibus *libri* (*) 931. delecto *BE.* e lecto *F* preceps *BVEF* sub silit *B* mi optundit os ☙. obtundit (optundit *B*) os mihi *libri* 932. profectus eo hoc ornatu ☙. preficiens (p̃fitiens *E*) sex eo cor natu *BVE.* proficiens exeo cum ornatu *J.* proficiscens exeo cum ornatu *F.* exeo cum ornatu *Z* (*) 933. eodem poclo quo ego ☙. hoc eodem poculo quo ego bibi *libri* biberet *ex* biueret, *ut vid., B* PA. ☙. M *Z.* # *B. om. VEJF* optume (Optume *B*) est *libri* (*) 934. S; *E.* MV. Sed *F* ubi est *libri* tuom tibi OL. hic ☙. tuum (*sp. c. 10 litt.*) hic *BV.* tuum Ser. hic *FZ.* tuum hic *EJ* (*) 935. PA. ☙. *om. libri* satiu *ex* saltim *vel* salum, *ut vid., B.* saltin *V* ab ea ☙. *om. libri* adita est *Camerarius.* addita est *BVJZ.* abdita est *F.* addita *E* uob *B* OL. *Acidalius. om. libri* (*) 936. S; *E* concrepuere *JF* fores. eho, num ☙. fores (*sp. 5 litt.*) num *BV.* fores num *EJFZ* illam enunc *BV* (eñc) *E¹.* illa senem *E²Z* (*)

LYSIDAMVS. OLYMPIO. CLEOSTRATA. MYRRHINA. PARDALISCA

LYSIDAMVS

Máxumo ego árdeo flágitió
Néc quid agám meis rébus sció,
Néc meam ut úxorem áspiciam
Cóntra oculís: ita dísperií. 940
Ómnia palam súnt probra:
Ómnibus modís óccidi misér.
* * * * * * * ita manufésto faucibus téneor.
* * * * * * quibus modis purgém scio me meae uxóri.
Scípionem pérdidi atque expálliatus súm miser: 945
* * * * * * * clándestinae núptiae.
* * * * * * * * * cénseo
* * * * * * * * mi óptumumst

Act. V Sc. 3 SENEX EIDEM *BVE.* Senex. Mulier. Serui *Z* *idemque, sed* Sui ambo, *F* 937—942. *Sic discripsit Seyffertus in Bursiani Annal. XLVII (a. 1886) p. 35 adn., ubi B habet:*

Maxumo ergo ardeo flagitio nec quid agam meis rebus scio
Nec meam ut uxorem aspiciam contra oculis ita disperii
nia palam sunt ꝑbra omnib; modis occidi miser

itemque ceteri, nisi quod aximo *c. sp. in. VE* ego ardeo *JF* aspitiam *V et,* ti *ex* n, E^2 quia palam *JFZ* (Omnia *Camerarius*) proba *E* (*) 943 *sq. Sic B (er.* Itäanufesto festo)*:*

//////////////////// ita manufesto facibus teneor
quibus modis purgem scio me meę uxori

itemque (sine ras.) ceteri, nisi quod manifesto E^1 (u E^2) *JFZ* faucibus *VEJFZ* Neque quibus *Z* mee *EF* *Quae ad hoc exemplum explet* ☙*:*

⟨Nullást mihi spes respírandi⟩: ita manufésto faucibus téneor.
⟨Nec qui óccultem me néc⟩ quibus modis purgém scio me meae uxóri. (*)

945—950. *Sic B:*

quę expalliatus sum miser
n destine nuptię
censeo
mihi optumum est
ea dux uxorem meam
riam

itemque ceteri, nisi quod q̃ *E.* que *JF.* qui *Z* expaliatus *F.* expoliatus *Z* ndestime *E.* clandestine *JFZ* nuptie *JF* censeo mihi *om. sp. EF* optimum E^1 (u E^2) duxo *E* meam riam

* * * * * intro éam ad uxorém meam
Súfferamque eí meum térgum ob iniúriam. 950
Séd equis est, quí homo munús uelit fúngier
Pró me? quid núnc agam?
Néscio, nisi ut ímprobos
Fámulos imiter ác domo
Fúgiam: nam nullást salus 955
Scápulis, si redeó domum.
Nugás istic diceré licet: uapulo hércle ego inuitús tamen,
Etsí malum merui.
Hác dabo protinam me ín fugam.

---

949 *sq. Nonius p. 397, 1 M.:* sufferre significat dedere uel subponere. Plautus Casina 'intro ad uxorem meam sufferamque ei [*sic Mercerus.* sufferamquae et *LG.* sufferam et quae *B. Gen. H.*[1] (que et *H*[2])] meum tergum ob iniuriam': *quae huc pertinere Seyffertus docuit Philol. XXVI p. 722* íntro ad uxórem eam *cum Gerlachio corrigens, ubi* intro éam ad uxorém meam ℭ *ducibus libris,* íntrem ad uxórem eam *L. Muellerus vitiose.* 959. protinam *hinc habet glossarium Plautinum: cf. Ritschelius Opusc. phil. II p. 244.*

---

om. sp. EZ. meam *V c. 12 litt. sp. (sed cf. ad v. 952) F* *Vbi extrema ex Nonio suppl. Seyffertus (cf. testim.), versum* 945 *coll. v. 975. 1009* ℭ *reliqua ad hoc exemplum redintegrans:*
⟨Síc depexum mé dederunt clá⟩ndestinae núptiae.
⟨Óbliuiscéndum amorém mihi⟩ cénseo
⟨Ét curandúm domi quód habeo: id⟩ mi óptumumst.
⟨Iam ígitur, etsí tremo,⟩ intro éam ad uxorém meam *e. q. s.* (*)
951—956. *Sic constituit Brixius Annal. phil. CI p. 763, ubi B habet:*
Sed ec quis est qui homo minus uelit fungier ꝑme
Quid nunc agam nescio nisi ut improbos famulos imiter ac domo fugiã
Nam salus nulla est capulis sidomum redeo
itemque ceteri, nisi quod S; *E* ecquis est *EJZ.* ecquis *F* homo qui *F* munus *E*[3]*JZ.* nunus *E*[1] fugier *E* promeriã *V: cf. ad v. 950* Quid' *E* uniter *V* scapulis *JFZ et in B m. rec., fort. Cam.* (*) 957. *Sic libri cum A, nisi quod* istuc *BVEJFZ* (istic *Lambinus*) tñ *ras. ex* tm̃ *E* (*) 958—962. *Sic constituit* ℭ (protinam me in fugam *cum Camerario), ubi A habet (adscripto manu antiqua iuxta v. 961 in marg. inter. supra lineam* z *vel* ʒ*):*

ETSIMALUMMERUI
KACDABOPROTINAMETFUGIAM#KEUSSTAILICOAMATOR
OCCIDIREUOCORQUASINONAUDIAMABIBO

sic autem B:
Et si malum merui hac dabo protinam et fugiam heus stalicio amator
Occide reuocor quasi non audiam abibo
itemque ceteri, nisi quod Etsi *VJZ* hanc dabo porcinam *F*

CLEOSTRATA

Heus, sta ílico, amator. 960

LYSIDAMVS

Óccidi, reuocór. quasi
Non aúdiam, abibo.

CHALINVS. LYSIDAMVS. CLEOSTRATA. MYRRHINA. PARDALISCA. OLYMPIO

CHALINVS

Vbi tu's, hic qui cólere mores Mássilienses póstulas?
Núnc tu si uis súbigitare mé, probast occásio.
Rédi sis in cubículum. periisti hércle: age, accede húc modo. 965
Núnc ego tecum aequom árbitrum extra cónsidium captáuero

---

960. *Fortasse huc spectat Charisius p. 201, 22 K.:* ilico pro in loco. Plautus . . . . Idem in * 'sta ilico': *ubi pro* idem insta *necessaria* idem in ⟨Casina⟩ sta *vel tale quid scribendum esse monstravit B ad Trin.*[3] *627.* 964. *Osbernus p. 284:* subiecto, as quod etiam dicitur subicito, as -i. supponere: unde Plautus in Cassia 'nunc si uelis subicitare me proba cum occasio'.

---

fugiam *sine sp. EJZ* heustalitio *V.* heustalicio *E.* heus talicio *J.* heus talitio *F.* heu stalino *Z* (*corr. Gulielmius cum A:* CL. *praem. Vssingius*) Occidi *Z* audi ama bibo (bido *V*) *VE.* audiamus abibo *Z.* addidi adibo *F*

Act. V Sc. 4 SERVVS (SERVI *VEJ*) EIDEM *BVEJ.* Mulier. Cleostrata. Senex. Villicus *Z. unius v. spat. AF* 963. CH. *Lambinus, Pistoris.* Mv. *F.* Cle. *Z* *Sic libri cum A, nisi quod* Vbi tu es (bi tues *c. sp. in. VE*) qui *omnes: ubi* hic *add. Geppertus* colore *E* masilienses *VEJ* (*) 964. *Sic A, ubi* Hunc *F* siue is *BVEJ* (si uis *Camerarius cum A*). sine his *F.* si uenis *Z* subicitare *BVEJZ.* subcitare *F* proba est *BVEJFZ* (*)

965. REDISISINCVBICVLVMPERISTIKERCLEAGEACCEDEKVCMODO *A* peristi (periisti *JFZ*) hercle (herche *E.* hercle. Se. *Z*) age accede (acede *E*) huc *ceteri, sed post 22 fere litt. sp. B, 4 litt. V: atque post haec verba octo versus vacuos reliquit B, sex et dim. V, unum E, ubi septem ex A accesserunt bipartito uno* 966. *Sic A, sed* CONS*DIVMCAP TAVERO (VM *per ligat.*) (*)

LYSIDAMVS

Périi, fusti défloccabit iam íllic homo lumbós meos.
Hác iter faciúndumst: nam illac lúmbifragiumst óbuiam.

CLEOSTRATA

Iúbeo te saluére, amator.

LYSIDAMVS

Écce autem uxor óbuiamst.
Núnc ego inter sacrúm saxumque súm nec quo fugiám scio: 970
Hác lupi, hac canés: lupina scaéua fusti rém gerit.
Hércle, opinor, pérmutaui ego íllue nunc uerbúm uetus.
Hác ibo: canínam scaeuam spéro meliorém fore.

CLEOSTRATA

Quíd agis, dismaríte, mi uir? únde hoc ornatu áduenis?
Quíd fecisti scípione aut quód habuisti pállium? 975

PARDALISCA

Ín adulterio, dúm moechissat Cásinam, credo pérdidit.

---

967. *Nonius p. 7, 17 M.:* defloccare [deflaccare *cod.*] est adterere: tractum a uestibus sine flocco [flacco *cod.*]. Plautus Casina 'perii [perit *LHG.* perii *Bamb.*] flocco habebit [defloccabit *L. Carrio Ant. l. III 13*] fusti iam [fusti iam *S.* tibiam *H*¹. tam *L*¹. iam *H*²*L*²*G.* tibi iam iam *L. Muellerus*] illic homo lumbos meos': *quae duce A huc traxit Studemundus Herm. I p. 289 et Ind. lect. Gryph. a. 1871 p. 15 (adde Reblinium p. 37), cum Asinariae esse voluerit Gulielmius Misc. Qu. I et Qu. in Amph. I astipulante Acidalio.*

---

967. *Sic A, sed* PERII**STIDEFLOCCABIT: *quae recte Studemundus expedivit: cf. testim.* (*) 968. *Sic A, sed* LU***FRAGIUMSTOBUIA (*neque* M *neque* ˜ *sub finem apparente*) 969. IUBEOTESALUEREAMATOR‡ECCEAUTEMUXO******M*T *A* (UXOROBUIAMST *As*) 970. *Sic A* (SAXUMQ·SUM) (*) 971. *Sic A* (*sed* CANES) (*) 972. KERCLEOPINORPERMU———EGOILLUCNUNCUERBUMUETUS *A, unde* permutaui *S quadrante spatio* (*) 973. *Sic A, ubi* ac *c. sp. in. B*¹ (H *rubr.*) *VE* caninam scaeuam *membr. Turn. et Z c. A.* caninam sceuam *B* (sc *ex* st) *post 2 litt. sp. et V ante 3 litt. sp. et EJ.* caninam scenam *F* spero meliorem *inter 3 et 4 litt. sp. V* (*) 974. Cle. *JZ.* Mv. *F. om. BVE, qui nullas per hanc scaenam personas habent: sed spatia in mediis versibus B, nisi ubi contrarium testor Sic A, ubi* agis tu marite *et* unde ornatu hoc *ceteri* ad uenis *BE* 975. *Sic libri cum A, sed* scipionem aut *omnes* (cipionem *et ras. post* aut *B,* meliust, *ut vid., er.*): *corr. Lambinus* (*) 976. ANC. *Camerarius. om. JFZ* INADULTERIODUMMOECKI———RDIDI* *A cum vestigiis litt.* ssatcasinamcredope ad ulterio *BE* dum moechissat *Angelius.* dum moechis sat *BVE.* dum mechus sat *JF et* (moechus) *Z* (*)

LYSIDAMVS

Óccidi.

CHALINVS

Etiamne ímus cubitum? Cásina sum.

LYSIDAMVS

I in malám crucem.

CHALINVS

Nón amas me?

CLEOSTRATA

Quín responde: tuó quid factumst pállio?

LYSIDAMVS

Bácchae hercle, uxor —

CLEOSTRATA

Bácchae?

MYRRHINA

'Bacchae hercle úxor': nugatúr sciens.
Nám ecastor nunc Bácchae nullae lúdunt.

LYSIDAMVS

Oblitús fui — 980
Séd tamen Bacchaé —

CLEOSTRATA

Quid Bacchae?

---

'A tantae multitudinis laude dolendum est magno intervallo earundem integritatem membranarum distare: quarum hodierna condicio cum diversissima est tum maxima ex parte perquam miserabilis.' Namque parum veteris scripturae superstes est in paginis 433, 434, 421, 422, 431, 432, 445[b], 446[b], 435, 436, 445[a], 446[a], 427[a], 428[a], 382; pessime habitae sunt pag. 215, 216, 367, 62, 55, 407, 408, 417, 418, 379, 380, 381: in reliquis res melius cessit. In universum autem qualis singularum schedarum condicio sit multo facilius ac melius quam verba possunt Studemundi apographon ostendit. Has autem qualicunque modo habitas reliquias post Ritschelium iterum inspexit Geppertus: qui quae sibi visus est rectius quam Ritschelius legisse in Studiorum Plaut. fascic. 2

p. 11—32 edidit. Post eum multo felicius codicem tractavit Gustavus Loewe, quamquam, id quod sibi proposuerat, operam suam secundis curis retractare non potuit. Partem earum lectionum, quas Loewius enotaverat, protulit Otto Ribbeck Mus. Rhen. vol. 36 (a. 1881) p. 116—119 et in ipsius fabulae editione. Cum tamen dubitari nullo modo posset, quin iterata cura opus esset, aestate anni 1888 ipse maiorem schedarum partem denuo cum codice conferre ausus sum labore ut insolito ita haudquaquam infructuoso, quamquam difficillimos locos expedire non potui, alios omnino non temptavi. Hac igitur emendata collatione usus sum: quod hoc loco commemorasse satis habeo, cum infinitum taedium creaturus fuerim, si accurate mea a Loewianis seiungere voluissem. Vbicunque autem Ribbeckius aliter de Loewii lectionibus rettulit quam ego, me mea additamenta non semel a Studemundo confirmata secutum esse moneo. Praeter hanc collationem diligentissime adhibui Studemundi apographon dudum desideratum: quae utroque testimonio munita inveni, nullo verbo adiecto posui: quae Loewius atque ego sive solis oculis sive probabili ratiocinatione ducti codici dari posse putavimus, cum Studemundus, utpote qui apographon confecturus esset, aut nihil aut lacunam testaretur, uncis inclusi: quae solus Studemundus legerat, diserte illi tribui: ubi maior discrepantia lectionis fuit, utrumque testimonium attuli. Loewianarum autem lectionum partem aliquam iam Studemundum in apographo conficiendo ante oculos habuisse ex adnotationibus eius elucet: de reliquis discrepantiis non ita multis, si occasio feret, codicem denuo examinare consilium est. Geppertianas lectiones quibus et Loewius et Studemundus usi essent, abieci, nisi ubi illum primum poetae verba ex A correxisse dicendum fuit.

Quodsi deperditarum membranarum intervallis eas fabulae partes contuleris quae inter superstites membranas mediae sunt, nihil incongrui reppereris praeterquam in duabus scaenis, eisque eo metro conscriptis, quod longe certiorem quam regnans in hac fabula septenariorum genus computum admittit. Nam primum cum inter v. 500 et 539 in Pala-

tinis libris senarii exstent triginta septem, efficitur ad complendas paginas *I. i* versum unum deesse. Quo integriorem fuisse Ambrosianum hoc tibi firmius persuadebis, quo evidentius ipsius sententiae lacunam is versus prodit qui inter 526 et 529 habetur vulgo.*) Difficilius de sede alterius lacunae statuitur, quae ad paginas *B. b. C. c* spectat. Hae enim cum versuum LXXVI multitudinem requirant, tamen inter v. 74**) et 147 hodie tantum LXXII leguntur: quo accedunt scaenae inscriptioni destinati duo. Nisi igitur in Ambrosiano putabis aliquot versus vel errore iteratos esse vel accessisse ex interpolatione, quorum neutrum aliqua probabilitatis specie commendatur, poeta credendus erit duos senarios addidisse qui hodie desiderentur, vel fortasse tres, si suppositicio illo 132 carebat Ambrosianus. Qui ubi exciderint, quia in sententiis nihil admodum hiat, cum aliqua confidentia definiri nequit. Potuit post commemoratum v. 86 sq. nomen graecae comoediae accedere poetae nomen: potuit versui 92 aliquid praecedere, quo *itaque* particula insequentis versus etiam aptius et tanquam explicatius quam nunc ad v. 91 referretur: item potuere post v. 144 talia addi, a quibus lenius quam nunc fit ad v. 145 transiretur. Omnium tamen proximum a similitudine veri nescio an hoc sit ut, quoniam *nam* particula eius versus, qui vulgo excipit versum 94, commodum explicatum vix habet, non transponendo potius sanus sententiarum ordo restituatur, quam lacunae significatio in hunc modum fiat:

Maiorem partem uideas ualgis sauiis.
* * * * * *
Nam ego hau diu aput hunc seruitutem seruio.
Id uolo uos scire, quomodo ad hunc deuenerim —.

Tantum de Ambrosiano. Reliquorum librorum hic usus fuit, ut per totam fabulam scripturae discrepantiam afferremus e *BCDFZ.' B* codicem cuius lectiones Ritschelianas mul-

*) Quamquam de hac re aliter iudicandum videtur: cf. adn. crit. ad hunc versum.

**) Dicendum fuit: 73. Igitur unus tantum deest versus, nisi unum bipertitum fuisse putamus cum Studemundo.

tas emendaverat Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 578 sqq., 32 (a. 1873) p. 270 sqq., 406 sqq., iterum excussit in meum usum Augustus Mau, cuius collatio exceptis paucis quibusdam locis Lorenzii lectiones confirmat: ubi id minus fiebat, Mauium secutus sum: sed discrepantiae, si a locis aliquot, quibus Lorenzium errasse certum est, discesseris, leviores sunt. Vna tamen in re magis discedit Mauius et a Ritschelio et a Lorenzio: nam cum illi duas in hac fabula correctorum manus distinguere soleant praeter Camerarii manum recentissimam, hic correctiones omnes eadem nota complexus secundae manui assignare maluit: Ritschelii certe rationem, qua singulas scripturas inter secundam et tertiam manum distribuit, praefracte negavit probari posse: aut omnes aut paene omnes correctiones eiusdem manus esse et oculos docere et ex eo apparere, quod in posteriore parte fabulae simul omnes deessent. Cuius viri experientiae ac iudicio obtemperandum fuit. Ceterum moneo Ritschelium quoque correctionum longe plurimas manui secundae, tertiae non ita multas adscripsisse. — Codices Decurtatum (*C*) et Ursinianum (*D*) summa cura excussit Fridericus Schoell: cuius adnotationibus non video quid addam nisi unum: in *D* praeter duas correctrices manus etiam tertiam saepius eum discrevisse, quam ubi commemoravi ne cum D^2 aut D^3 confunderetur, simpliciter 'aliam manum' correxisse dixi.

Praeter hos autem libros Ritschelius, 'ut exempla exstarent', in scaena prima, ex parte etiam in argumentis metricis, ex codicibus *EGHKLMNP*, in paenultima et ultima ex *XY* lectiones attulit, quos libros partim in praefatione Trinummi, partim in huius fabulae editione accuratius descripsit: quae exempla cum satis videretur si in proecdosi extarent, nunc et lectiones et descriptiones omisi. Eorundem autem codicum noviciorum auctoritatem cum minime superent 'Vaticani' illi Lipsii, quos Ritschelium secutus saepius in apparatu commemoravi, etiam quae de his disputata sunt omisi: praesertim cum summam eorum quae ibi exposita sunt ipse Ritschelius Opusc. vol. II p. 20 adn. complexus sit. Disputationem autem de interpolatione noviciorum librorum iterare nequivi nisi ratione habita eorum, quae recentissimo

tempore de eadem re ab aliis prolata esse vidi: quod paucis verbis fieri non potuit. His igitur omissis ad reliqua transeo, quae de re cricita in proecdosi monita sunt.

'Ad bonos . . . libros *BCD* quod attinet, sciendum est singularem rationem primi et tertii cum in aliis quibusdam fabulis tum praeter ceteras in Milite glorioso esse. Nam cum *C* correctiones habeat perpaucas easque a prima manu tantum non omnes, contra non unius sed duorum correctorum manum *B* et *D* experti sunt: quo fit ut toties in annotatione nostra *Ba Bb Bc Da Db Dc* notae redeant. Quanquam minime credendum est sat certo ubique potuisse vel tertiam a secunda manu distingui, vel illud explorari utrum, quae correctiones non sunt a tertia manu aperte recentiore profectae, ipsi primae debeantur an alteri non recentiori vel vix recentiori prima. In hoc igitur genere praestiti quod potui, non curans tamen manum omnium recentissimam quae est Camerarii. Praeterea simplicitati atque perspicuitati eo consultum esse volui quod plerumque non distinctius simul et molestius enarravi quid litterarum apicumve correctoris manus et erasissent induxissentve et adscripsissent superscripsissentve et adiectis signis quibusdam sociassent dissociassentve: quae corrigendi genera multis in locis tam multis modis miraque varietate coniuncta sunt et tanquam complicata ut, nisi qui lithographi arte utatur, ad fidem codicis illa repraesentare prorsus nequeat: sed quod breviter et plane integras voces posui quas restitui corrector voluisset. Quanquam hoc quoque in genere non est mirum quaedam satis dubia esse et ambigua. Omnium autem acerrime in id incubui ut, quid ante rasuram et lituram, quae plerumque fortissima fuit, *B* scriptum habuisset, investigarem: quod ubi nullo modo licebat, punctis evanidarum numerum litterarum notavi. Saepe enim prima manus vel verum vel veri vestigia quamvis tenuia aut obscurata servavit sola: non minus saepe tamen atque adeo saepius quam exspectes idem librarius, sive archetypo lectu difficili imperite usus sive oscitanter bono, tam vitiosa perscripsit, eis ut codicum *CD* memoria manifesto praestet. Vtriusque autem generis scripturas secunda manus mutavit ad talis codicis exemplum,

qui ipsorum *CD* simillimus fuit: quo facile perspicitur, quoties vere correcta, toties fere magis corrupta Plauti verba esse. Verum in hoc non acquiescens eadem manus alia non pauca, et haec quoque partim vitiosa partim non intellecta integerrima, nullo adhibito libro mutavit arbitratu suo nec raro infelicissime. Quibus omnibus recte pensitatis intelleges non esse Veteris codicis correctiones unius certae normae lege generatim censendas, sed singulis in locis sola ratione duce aestimandas.'

'Omnino autem non sine miratione intellectum iri puto, quam male habita haec fabula per Palatinos codices et Vaticanum ad saeculum XV sit propagata: prae cuius depravatione incredibili modica est Trinummi depravatio. Quanquam vel sic habemus quod depravationem nobis gratulemur non consilio potius quam neglegentia hominum et iniquitate temporum natam. Et cum in quibusdam rebus libri illi ipsius antiquitatis vestigia multo quam in Trinummo constantius servarint, quo praeter cetera pertinet *t* litterae usus in *at aput fet it quit quot* et cognatis, tum corruptelae quoque longe plurimae certis generibus continentur quorum incredibilis frequentia. E quibus mira incuria illa designanda est qua, ut exemplis rem declarem, non modo *bona* et *bonam*, *poſſe* et *poſſem*, sed etiam *bona* et *bonum*, *poſſem* et *poſſet*, omnium autem creberrime *poſſe* et *poſſet* cum parilibus omnibus perpetuo inter se permutantur: quod facile existimatur quanti sit ad colloquentium sermones recte iudicandos definiendosque. Vt in Militem Plautinam illud cadat imprimis quod magnus Scaliger dixit *vetusta manuscripta sterquilinia esse e quibus elici posse aurum*. Quod ut eliciatur reapse, magna prudentia opus est qua mediam viam quandam insistentes nec nimium quaeramus in naevis solo casu ortis quantumvis miris et saepe monstrosis, nec ut nugas tricasque quamuis levidenses litterarum discrepantias neglegamus ipsius manus Plautinae indices. Tanta est autem mea sententia iamiam adultae artis criticae vis et fides, ut non nimis diffidam etiam e corruptissimis, si minus Plautina, at non indigna Plauto atque adeo Plautinorum simillima erui posse, modo quattuor potissimum rerum observatio accedat acerrima. Sunt autem eae integri-

tas linguae latinae, concinnitas numerorum, sententiae sanitas, consuetudo Plautina. Quorum generum nullum est quin in eo nimia editorum patientia peccatum sit multifariam. Et consuetudinis quidem, non eloquendi tantum, verum etiam sentiendi cogitandique, tanto gravius in emendatione apparet pondus esse, quanto latius observandi spatium pernoscendique copiam uberiorem scriptoris amplitudo praebet. Itaque cum in praecipuis virtutibus Plauti praeter alacrem vigorem collaudari solitum concinna simplicitas sit et facilis perspicuitas, magis etiam mirum videri debet tot non modo ineptas et frigidas et elumbes, verum etiam misere hiulcas et argute contortas et mirabili obscuritate laborantes vel sententias vel sententiarum constructiones tamdiu incogitanter toleratas esse. Nihil nunc dicam de ipsius legibus grammatices, quibus cum editorum ignavia an libido haud raro illuserit, elusi sunt ipsi: metricae autem disciplinae severitatem, qualem prolegomenis Trinummi communivi, non possum quin profitear Militis tractatione non modo comprobatam mihi esse atque confirmatam, sed aliqua ex parte etiam maiorem apparuisse quam statueram ante. Sic, ut uno exemplo utar, nunc pernovisse videor quod dubitantius suspicatus eram, cur Plautini non sint tales numeri:

Ibi erát bilibris aquális sic proptér cados.

Quippe anapaestum ars vetuit binorum vocabulorum consociatione fieri, quorum prius in media anacrusi finiretur: eaque elegantiae observatio, quantum intellexi, constans est apud hunc poetam, rudem scilicet et expertem artis, si audimus artis expertes, et misere contortuplicatis syllabis simulacra quaedam versuum potius quam versus edidisse contentum.'

'Exemplis, quae breviter significavi, comprobare mihi nunc longum est, facile ei qui annotatione mea quantumvis parca recte et cum iudicio uti volet. Qui quidem cum illud facile intelleget, non minorem ex Milite quam e Trinummo emendata fructum in augendam latinae linguae scientiam redundare, quo et lexicographorum et grammaticorum libri multifariam emendentur, sed hoc quoque haud aegre sibi persuadebit, nihil a me nisi religiose pensitatis et ab omni parte consi-

deratis rationibus positum esse. Possum profecto in quibusdam falli, possum in multis: qualia cum minime dubitem quin sagaciores aliquando vel correcturi sint vel perpolituri probabiliter, tamen idem confido id non timiditate potius quam audacia maiore effectum iri. Nam tantum fugere qui sapiunt vix potest, saepicule sine aliqua audacia nihil profici in instaurando Plauto, quo teste *qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit:* modo via ac ratione coercita audacia in temeritatem ne vertat, solido autem fundamento hoc nitatur, ut tralaticiae memoriae et per aliquot saecula propagatae futtilitate probe perspecta atque e communi conspectu utiliter remota operae pretium factum esse etiam sine certa veri indagatione videatur. Omninoque, ut dicam quod sentio, mirabiliter abuti ratione existimo qui, dum criticae artis modestam audaciam sibi scilicet negatam exosi increpant hoc genus universum et contra felicem ingenii usum omnem lapidem movent, adeo sibi non constant ut multo maiorem audaciam exosculantes miris explicandi artificiis et interpretandi praestrigiis insolentissima quaeque male creduli excusent temereque defendant quae nec dicta sunt unquam nec potuerunt dici, ut quae nec latina sint nec Plautina ac saepe ne sana et humana quidem.'

'Reliquis autem corruptelae generibus cum gravius esse hoc soleat quod integrorum versuum interpolatione continetur haud raro cum partium transpositione coniuncta: quoniam unum eiusmodi ex Milite exemplum accidit ut per nuperam opportunitatem academicam paulo explicatius tractarem, eo commentariolo non abs re esse duxi hanc praefationem terminare pauculis tantum mutatis additisve. Est autem hic.'*)

'Militis gloriosi versum 185 quae excipiunt, quoniam aliter in aliis libris prodita sunt et cum gravissima quidem discrepantia, eorum codicum memoriae, e quibus per quattuor saecula editores Plautini pependerunt, Ambrosiani te-

*) Hanc disputationem repeti ipse Ritschelius voluit, ut ex adnotationibus marginalibus constat. Quamquam igitur de singulis differt meum iudicium, Ritschelii voluntati obtemperavi, cum praesertim qui hunc locum difficillimum tractaverunt plerique omnes a Ritschelii verbis profecti sint.

stimonia ex adverso posuimus. Et cum ex illis unus aliq sequendus esset, Decurtatum *C* delegimus cuius scriptur omni fide . . . repraesentaremus, nisi quod propter char rum nostrarum angustias cum illius tum Ambrosiani ver nonnulli in binos dispescendi fuerunt.

	PROFECTOUTNEQUOQUAMDEINGENIODEGREDIATUEMU LIEBRI
Earū quearū et dificiplinam optineat colorem . et quē admodū .	EARUMQ·ARTEMETDISCIPLINAMOPTINEATCOLORE# QUEMADMODŪ
Vt eū qui hic fe vidit uerviliū,cta uinctane effe uiderit .	UTEUMQUISEHICUIDITUERBISUINCATNEESSEUIDERIT
Siquidem centienf hic uifaft tamen infciaf eaf .	SIQUIDEMCENTIENSHICUISASITTAMENINFITIASEAT
Hof habet lingram perfidiam militia atq; audatia .	OSHABETLINGUAMPERFIDIAMMILITIAMATQ·AUDACIAM
Confidentia confirmitatem fraudulentia .	CONFIDENTIAMCONFIRMITATEMFRAUDULENTIAM
Quiarguat feevm contra uincat iure iurando fuo .	QUIARGUATSEEUMCONTRAUINCATIUREIURANDOSUO
Domi habet animum falflocom falificum falfi iurium .	(nullum hic in codice spatium)
Domi dolof domi delenifica facta domi fallaciaf .	DOMIDOLOSDOMIDELENIFICAFACTADOMIFALLACIAS
Nam mulier holitorinum quam fupplicat fiqua eft mala .	NAMMULIERHOLITORINUMQUAMSUPPLICATSIQUASTMALA
Domi habet hortū etcondimēta adomnif molif mili- ficof .	DOMIHABETHORTUMETCONDIMENTAADOMNISMORESMA LEFICOS

Visus est Plautus integro versu ditari Ambrosiani beneficio:

Prófecto ut ne quóquam ingenio dégrediatur múliebri:

sic enim una *de* vocula deleta numeris esse consultum sibi persuaserunt. Et tamen ne hoc quidem in loquendi genus Plautinum convenit: quod postulat in talibus praepositionem. Quocirca valde suspectum Trinummi v. 265 *quasi saxo saliat* pro *de saxo.* Et in ipsa Milite non potuit II 3, 33 *recipiat se pabulo* dici: ubi non *e pabulo* cum Camerario scribendum, sed cum Bothio *a pabulo.* Nec recte eiusdem scaenae v. 37 se habet *illac haec se hospitio edit foras:* pro quibus ex optimorum librorum vestigiis *illac hec ſunmtoſpicio, illac haec ſum oſpitio, illachec ſe ˪oſpitio,* efficitur *illa ex suo se hospitio eduxit foras:* nam *eduxit* ut a Lambino asciscatur, non *dedit* a Lipsio nec *edidit* a Grutero Bergkioque, numerorum concinnitas suadet quam Proleg. Trin. p. CCX. CCCXXVIII Bentleio duce commendavimus. Sed in Ambrosiani illo versu multo etiam gravius, non editores, sed artis peritos offendit pravissimo accentu positum atque in prima syllaba productum *profecto.* Quod vitium ne defendas vitio, sciendum est Militis septenarium II 3, 19, qui talis est in codicibus, numeris omnino nullis:

SC. Profecto uidi. PA. tutin? SC. egomet duobuſ hiſ oculiſ meiſ,

aut sic esse instaurandum:

SC. Pól profecto uídi. PA. tutin'? SC. égomet his oculís meis —

aut similiter. Praeterea quid est tandem in Ambrosiani additamento illo, quo referre *earumque* possis in proximi versus principio consequens? Quod spectare ad *mulierum* apparet, non ad *muliebri.* Nec vel eis opera ullo modo successit, qui ab interpolatorum codicum h. e. a Vaticani *D* memoria *Parumque* profecti *Paret* invexerunt, vel his qui ea voce prorsus eiecta hanc totius versus speciem commenti sunt:

Artem et disciplinam obtineat et colorem. PE. quemadmodum?

Nam praeterquam quod ad sententiam mire languent et tanquam claudicant subiecta *et colorem* verba, nec *et* est in ullo

codice, nec *colorem* vel in Ambrosiano vel in *D*, qui *colerem* habet ut *C*, sed in uno *B* et a secunda tantum manu in *D:* unde Italus corrector effecit, quod veteres editores propagarunt, *color est.* Quid multa? scriptum fuit *colere:* atque elegantissimo genere loquendi dicitur *artem et disciplinam colere.* Ita autem quoniam *obtinere* verbum constructionis ratio respuit, in hoc necesse est aliquid naevi lateat. Quod quale sit, ilico perspexeris ubi illud reputaveris, parum causae Periplecomeno esse cur *quemadmodum* quaerat, si Palaestrionis sententiam satis profecto planis verbis illis declaratam perceperit: *ne quoquam de ingenio muliebri degrediatur:* nec planis tantum, sed eisdem prae illis ipsis quae subiunguntur languidissimis. Etenim dubitari nequit, si quem usum et Plauti habemus et librariorum, quin pinguissimum interpretamentum in verba poetae irrepserit, idque tale: *profecto ut ne quoquam de ingenio mulierum degrediatur earumque* . . . . . , una constructione ut assolet conglutinata scriptoris et interpretis oratione. Superest ut, quae verba Plautina immisso *earumque* glossemate expulsa sint, indagetur. Cum autem poetae verbis *artem et disciplinam* . . . . *colere* respondeat haec pars interpretationis *de ingenio degrediatur muliebri:* consequens est ut, quae relicta pars est *profecto ut ne quoquam,* interpretatio sit deperditi versus principii. Sic igitur, nisi omnia fallunt, scripsit poeta:

Ne hercle usquam artem et disciplinam abstineat
colere. PE. quemadmodum?

Nam *abstinere* infinitivo etiam Curcul. I 3, 24 iunxit: *mi abstineant inuidere.*'

'Accidit aliquoties ut etiam in antiquissimos libros glossemata irrepserint, quae criticae artis ratio et disciplina investiget: longe longeque saepius factum est contrarium, ut a minus antiquorum interpolationibus liberi sint antiquiores. Quare quo quis codex antiquior est, eo maiorem fidem habere in eis partibus solet quas omittit. Eam ratiocinationem cum in illum versum accommodamus, quem cum Palatini exhibeant, ignoret Ambrosianus:

Domi habet animum falsilocum, falsificum, falsiiurium:

etsi non negamus fingi potuisse *falsificus* adiectivum, tamen

et concedendum est non minus fingi a quovis litterato homine quam a Plauto potuisse, et mirationem illud excitat, quod tam ferax in hoc compositorum genere poeta illo tamen alibi nunquam usus est. Verum quod *falsifico* largimur, numqui etiam ad *falsiiurium* defendendum valere credetur? Cui etsi nec ex editoribus interpretibusve nec e lexicographis accusator extitit, tamen vehementer veremur ne infamiam ille vel aquae et ignis interdictionem non magis quam aliquis *periurius* effugiat. Huc accedit numerorum insuavitas, quae qua re contineatur expositum est Prolegom. in Trin. p. CCXXXVII: accedit denique ipsa sententiae exilitas, cum nihil in toto versiculo insit quod non et concinnius et nervosius in vicinis dictum sit.'

'Resecto igitur uno panno, quo liberi manserunt Palatini: item resecto altero, quo Ambrosianus non est deformatus: reliquum est ut tertium removeamus, qui Plautino nitori in utrisque adhaesit. Nam Plauti esse etiam illum negamus:

Confidentiam, cônfirmitatem, fraudulentiam:

ubi accusativos libri praeter *C* servarunt omnes. Quaeris qui tantam iudicii severitatem atque adeo atrocitatem tueamur? Primum quod tam atroces septenarios h. e. omni caesura destitutos Plautus non fecit: quode eisdem illis Prolegomenis dictum est p. CCLXXV sq. Deinde quod latine locutus est, non barbare: pessimum autem vocabulum *confirmitas* tamdiu habebimus quamdiu, quibus illud placuit, exempla non protulerint *confirmus* adiectivi.'

'Nuncine igitur, qui octo relicti sunt ex undecim versibus, recte se habent? Non ita vero. Nam quod saepissime alibi, id hic quoque factum est, ut ad verborum sententiarumque interpolationem accederet pristini ordinis turbatio. Ac primum quidem apertum est non suo loco illum versum positum esse *Qui arguat se* . . . . : quem ipsa argumenti propinquitas cum v. 31 et 32 sociat. Praeterea perversum esse apparet in fine demum subsequi comparationem cum horto et condimentis factam, praecedere autem ea quae ad eam ipsam comparationem ita spectant, ut hinc demum vim et lucem accipiant: illa dicimus quibus, quae sint mulieris con-

dimenta, explicatur. Quibus incommodis sic, si quid video, sat commode Palaestrionis sermo liberabitur:

Vt eum, qui se hic uídit, uerbis uíncat, ne iste uíderit.
Qui árguat se, eum cóntra uincat iúreiurandó suo.
Síquidem centiéns hic uisa sít, tamen infitiás eat.
Nám mulier holitóri numquam súpplicat, si quást mala:
Dómi habet hortum et cóndimenta ad ómnis molis máleficas.
Dómi habet os, linguám, perfidiam, málitiam atque audáciam,
Dómi dolos, domi délenifica fácta, domi fallácias.

In quibus duo esse a dubitatione defendenda intellegimus. Primum enim quaeri potest, ex illis duobus versibus, qui excipiunt primum, uter sententiae vi ita praevaleat ut eo ad fortius progredi oratio credenda sit. Nam in priore quidem et *arguere* et *iurare* plus est quam *uidere* et *infitias ire* in altero: contra plus est in hoc *centiens* quam in priore *semel*. Praetulimus hoc, quod centenis infitiandi exemplis aptius continuari malarum ad infitiandum artium varietas visa est. Alterum est, quod paenultimum versum fortasse licuerit sine ulla mutatione servare post tertium sic collocatum:

Siquidem centiens hic uisa sit, tamen infitias eat:
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam.
Nam mulier holitori numquam supplicat, si quast mala:
Domi habet hortum et condimenta ad omnis molis maleficas,
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.

At ita etsi videri potest ad horti comparationem paullo lenius transiri, tamen parum concinne duobus locis malarum artium commemoratio discerpitur, eaeque res quae ad condimentorum et notionem explicandam et vim extollendam quam maxime faciunt *(os, lingua, perfidia, malitia, audacia)*, inconsultius occupantur. Hoc autem qui concesserit, si vel sic tamen non opus esse illius versus mutatione contenderit qui in libris scribitur *Os habet linguam* e. q. s.: reputet quaesumus quid elegantia requirat et consuetudo in eo genere cui anaphorae nomen rhetores fecere. Recte vel sic dicitur: *Os habet, linguam* . . . . . , *dolos habet, habet delenifica facta,*

habet fallacias, vel sic uti nos scripsimus: omitti autem in primo membro, quae vox in posterioribus sermonis membris omnibus constanter repetatur, id et insolens est et inficetum. Ergo qua ratione versus 30 initium ex eiusdem versus interpretamento redipisci nobis visi sumus, eadem vel simili ratione huius in quo versamur initium servatum esse in insiticio additamento illo *Domi habet animum* e. q. s. disputamus.'

'Vnum restat, nondum expeditum nostra sententia. Vix enim concedi poterit scriptum esse a Plauto *condimenta ad omnes moles* (vel *omnis molis* potius) *maleficas*, quod e Palatinorum memoria a se erutum Scioppius commendabat, probare recentiores solent. Nam *omnif molif malificof* in *B* est a prima manu, in *omnif molef malificaf* mutatum a secunda, *omnif molif milificof* in *CD*. Nunquam autem in tanta consimilium notionum frequentia *moles* Plautus pro *machinis* dixit. Quod sentiens ut videtur, simul autem masculini generis vestigiis inhaerens Camerarius *omnes mores maleficos* edidit. Et *hominum mores maleficos* dixit sane poeta Cas. IV 2, 4, sed ratione a Palaestrionis sermone alienissima. Cui id potius dicendum est, quas ad res ipsi mores muliebres, qui cum condimentis comparantur, usui sint. Exspectatur 'ad omnis artis' vel similis notio: verissimoque iudicio Lipsius 'latet' inquit '*ὕπουλον* ulcus'. Id igitur quale sit indagare alios iubemus: in perpaucis enim hoc est Militis ulceribus, quibus nos medicinam excogitare omnino nullam potuerimus.'

Iam vero in reliquis ne iusto longior fiat praefatio brevissimus ero. Ac primum quidem discriptionem versuum qualem *B* exhibeat accurate in adnotatione me commemorasse moneo: eam autem quae est in *CDFZ* abiecisse. — Nomina personarum partim recte tradita sunt, ut *Artotrogi*, *Palaestrionis*, *Philocomasii*, *Milphidippae*, *Acroteleutii*, *Carionis*, partim ab aliis iam correcta sunt. *Periplecomenum* senem vocari primus vidit Ritschelius Proleg. Trin. p. 88, quamquam *Periplectomenus* in libris esse solet; cf. Koenigius de nom. propr. p. 13. Quas Bergkius excogitavit formas *Periphlegomenus* (Opusc. I p. 208) vel *Peripetomenus* (ibid. p. 5) editores merito reiecerunt. Non minus certum est *Pleusiclem* adulescentem appellari, non *Pleusidem*, quam formam aliquo-

tiens codices exhibent. *Sceledrus* cum defensionem habeat a paronomasia versuum 289, 330, 494, non est cur mutetur, quamvis unde impositum sit hoc nomen servo nesciatur. Bergkius margini adscripsit *Sceleprus* (= σκελιφρός). Miles appellatur *Pyrgopolinices*, non *Pyrgopolynices*, quam formam praeferunt Benselerus, Birtius, alii. Nam de Polynice qui cogitant, non satis reputaverunt, tali nomine hominem irrideri potius quam appellari potuisse; qui πολυνίκην eum esse volunt, iocosam exaggerationem videntur delere. Cf. Ritschelius Opusc. vol. III p. 328. De *Lurcionis* nomine mihi persuasi Fleckeisenum loco ad v. 843 allato verum vidisse: adde Ritschelium Opusc. vol. III p. 320.

Quam diu animo agitavi commentationem de fabulae compositione, eam, cum nimis succrevisset disputandi materies omittere malui. De contaminatione post ea quae docte et subtiliter exposuerunt Lorenzius, Schmidtius, Ribbeckius, Langenus non dubito: neque minus complures scaenas retractationis habere vestigia apertissima certum est. Sed ut saepe difficile est, alterius utrius rei vestigia singillatim persequi, ita coniuncta contaminatione cum retractatione difficultas mirum quantum augetur. Quidquid de his quaestionibus prolatum esse inveni, in adnotatione quam paucissimis verbis significavi. — De tempore non video quid eis opponam, qui a versibus 210 sqq. profecti circiter a. 550/204 fabulam primo actam esse existiment. — De graeco exemplari conferenda sunt praeter Lorenzii praefationem ea quae Ribbeckius 'Alazon' p. 55 sqq. protulit. — Eis quae de ipsius fabulae per omnes fere gentes vagatae fatis disseruerunt cum alii tum Ribbeckius l. s. s. p. 72 sqq. adde doctam commentationem Eduardi Zarncke (Mus. Rhen. vol. XXXIX p. 1 sqq.).

Anni quadraginta et unus praeterierunt, ex quo Ritschelii editio emissa est. Post eum fabulam retractavit Fleckeisenus, bis ediderunt Brixius et Lorenzius, ter Tyrrellius, semel praeter Ussingium Ribbeckius, cuius simul elegantissima exstat translatio. Ad has editiones accedunt commentationes plurimae cum eorundem virorum, ut Brixii, Lorenzii, Ribbeckii, tum aliorum, quo in numero

praeter ceteros commemorandus est Seyffertus. Ex horum inventis mihi adsciscenda fuerunt longe plurima, quibus ad emendanda poetae verba usus sum. His demum diebus in meas manus pervenerunt Theodori Hasper 'ad Plauti Militem Gloriosum marginalia' commentationibus Fleckeiseniani (ed. Lips. 1890) inserta (p. 171—186), quae hoc loco excerpam:

V. 24. Nisi únum: epityra illa éstur. — 187—194. Diversarum actionum vestigia certissima in his esse Hasperus censet. — 217. Tíbi ego dico: cántheriata's uéstis! me scis te ádloqui. — 298. Íterum si id uerúmst tu ei custos áditu's qui es périeris. — Dúm ego in tegulís sum, illaec se suópte hospitio edít foras. — 360. Dispéssis manibus pátibulum quom adbétuis. SC. Quamnam ób rem? — 438. *'Αγλυκὴς* es tu, non *γλυκεῖα's*: meo' iterum commendat. — 451. Dómiciliumst, Athénis domus est. SC. Át erus! PH. At ego istám domum. — 465. Qui aéque faciat cónfidenter quíd quam faciunt múlieres. — 534. 'Complexam' tutatur Hasperus. — 555. Eandem scripturam quam ego recepi commendat Hasperus. — 584. Qui ne íd adimatur ne íd quod uidit uíderit. — 585 et 588 alterius esse recensionis vult Hasperus. Versu 585 *de me* = *deme* ioci causa dictum esse: cui respondere illud *adimatur*. — 595. Ibo íntro ne mi múlta fortis eó fuat (vel 'obfuat'). — 655. Ó lepidum semídeum. V. 651—656 delet Hasperus. — 659. Tú's quidem edepol qui ómnes mores ád uenustatém uoces. — 676. *tasen* ex *sat* glossemate natum esse putat Hasperus; id duobus locis in textum irrepsisse (*comitas*). — 747. *inicit* glossema esse vult (uoluptatem inicit). — 779. cúpiunt conminíscier. — 799. PE. Aúdio: ‖ Né me surdum esse árbitrare atque ásperis tuis cáue meas ‖ Aúris uerbis uérberassis. PA. Si aúdis, ego rectis meis ‖ Mé dabo: abs e. q. s. — 809. PAL. Rogo ego té tamen. — 824. LV. Demísit ardim in ámphoram cellárius. — 843. pro *Lurcio* conicit Hasperus *Volpio*. — 878. falsa haéc sit, Periplecómene. — 883. hóram oratiónis. — 889. eaedem uéniet. — 895. AC. Mérs mala peióribus conuéniet. — 913. Quam rém ego militi darem (!). — 917. fundáta ac constitútast. — 997. Idem commendat Hasperus cum Leone. —

1005. oculís tuis uideas. PY. Vídeo id quod credó tibi. — 1025. 1026. quo pácto hoc Eilium appélli ‖ Velís uis? PA. Fero ad te cónsilium: quasi e. q. s. — 1073. risu átque animo moderári. — 1204. dona múlierei. — 1205. téte quoque donó dedi. — 1207. Ét ego id ago: te líberabo. — 1211. tuae uenít mihi. — 1247. tam a múliere ut amarétur. — 1255. scio edepol, sát scio. — 1259. oculís suis. — 1273. PY. Sed quíd uolt mecum agere ísta? *melius* = *miles*, h. e. PY., esse vult. — 1312. abeo. PA. Íllum uide hominém tibi. — 1319. facio. impíetas sit — PY. Scio. PL. Quám sapis (vel 'Euge ut sapis', vel 'Eu, quam sapis'. — 1333. morór, more, est quod málo. — 1337. Sí magis uis, míseram omittam. PY. Nólo: retine. PA. Adstó miser. — 1379. Ego núnciam conuéniam illum. — V. 1418—1423 postea adiecti sunt. — 1426. ego ted híc — PY. Carebo téstibus.

Ceterum ut in aliis fabulis ita in hac quoque me beneficio obstrinxerunt Fridericus Schoell et Oscarus Seyffert: quorum monitis multo saepius quam diserte dixi usus sum. His quod tertium se adiunxit virorum Plautinorum quotquot nunc sunt princeps, Alfredus Fleckeisenus, gaudebunt mecum quicunque hoc libello utentur. Partem admonitiuncularum potui adnotationi addere: quas non potui, praefationi una cum aliis quibusdam additamentis inserendas duxi.

Arg. I 3. 'ibi ipsus' Schoellius. — 45. 'Trigínta Sardos, séxaginta Mácedones ‖ Sunt ómnes quos' Seyffertus anacolutho admisso. — 64. Huc pertinere Festi Pauli glossam p. 121, 13 suspicatur Reitzensteinius 'Verrian. Forsch.' p. 67. — 267. 'ui pugnandod' etiam Max. Muellerus proponit Fleckeiseni Annal. vol. 113 (a. 1876) p. 699 = 'Essays' vol. II² p. 361. de eadem re cf. Woelfflinus 'Sitzungsber. der bayer. Acad.' a. 1890 p. 304. 'que' vix defendi poterit. — 303. 'Facere certumst' etiam Fleckeisenus commendavit. — 448. 'An ista Philocomásium non sit átque alia eius símilis sit 'Schoellius. 'Án ista non sit Phílocomasium atque áltera eius símilis sit' Baierus Comment. philolog. ad M. Hertzium miss. p. 274. — 449. 'Mittis me an non mittis' tutatur Hinze de AN partic. p. 8: eodem v. *me* in adn. delendum est, ne in

libris deesse videatur. — 515—517. 'Vtrúm me expostu láre tecum aequóm siet, An méd expurigáre. haec tibi ⟨dicó⟩ prius' Schoellius. — 522. 'Ita fácere certumst. PE. Phílocomasium, tú cito' Sauppe Quaest. crit. (a. 1886) p. 16. — 595. 'Ibo íntro, ne dum absum ⟨ímperet Palaéstrio ‖ Et míhi pro mulso⟩ múlta e sortitú fuat' Schoellius. — 598. 'Consilium' Fleckeisenus. — 614. locus lacunis laborare videtur Seyfferto 'Quodne' tutato. 628. Adde testimonium Festi Pauli p. 61, 12: 'Capulum et manubrium uocatur gladii et id quo mortui efferuntur, utrumque a capiendo dictum. Sane a capio fit capularis.' cf. Reitzensteinius 'Verrian. Forsch.' p. 59. — 649. 'O lepidum senem hominem' Seyffertus. 'O lepidum semisenem' tutatur Schoellius. — 652. 'Ego necumquam' Schoellius. — 662. 'Íta apud omnis cónparebo tíbi res bonus actór frequens' Schoellius. — 692. 'Da qui faciam conpito atque' Schoellius. — 705. 'quid opus est gnatis mihi?' Schoellius. — 716. 'Nímis bona ratióne nimiumque ád te et tuam te uítam habes' Schoellius. — 754. 'fuit, oro' vel 'fuit, oro, hoc' Schoellius. — 789. Adde Festi Pauli gl. p. 61: 'Clientam pro cliente Plautus dixit': cf. Reitzensteinius l. s. s. p. 59. — 853. 'Sed in cella erat paulum nimium' vel 'nimisquam loculi lubrici' Seyffertus. — 919. 'fabri architectici' Seyffertus. — 935. 'probro iam oneratum' Schoellius. — 958. 'A lúculentaque ét festiua fémina' Schoellius. — Pro v. 1006—1009 octo versus habuit A: itaque omnes bipertitos fuisse credidi. Seyfferto aliquid in Palatinis intercidisse probabilius videtur. — 1013. 'considiorum' pro 'celatorum' Seyffertus, 'concelatum' Schoellius. — 1014. 'Immo etiam, si non celas' Redslobius 'N. Philol. Rundsch.' vol. VI p. 181. — 1023. 'Pedetemptim bene scis' vel 'Pedetemptim scin tu' Seyffertus. — 1028. 'materiem' Seyffertus. — 1035. 'quia tam te' et 'quia sic te' confusa esse vult Baierus in Comment. phil. ad M. Hertzium miss. p. 275. — 1046. 'haec illinc' Seyffertus. — 1054—1056. 'Mĭ Achílles fiat' et 'Age expróme 'Fleckeisenus. — 1070. 'ut facerest aequom' Schoellius. — 1090. 'Hic cum erast: ipsae clam' vel 'ultro clam' Seyffertus. — 1177. 'Fácito ut adueniás ornatus húc ad nos nauclérice' Seyffertus. — 1218. 'Video edepol, nunc' Seyffertus.

— 1319. 'facio: ut pietas sit' (vel 'est') 'PL. Quam sapis' Redslobius 'N. Philol. Rundschau' vol. VI p. 181. 'facio: ní pietas ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ scio. PL. Sane sapis' Seyffertus. — 1344. PY. Sed quid hoc? PAL. Quae res? PY. Quid uideo? PL. O lux, salue. PHIL. Saluos sis' nuper Seyffertus. — 1388. 'inpedibit' idem. —

Praeter haec addenda moneo ne neglegantur quae p. 235 correcta sunt. — Lineola transversa quam in altera parte aliquotiens signum orationis non perfectae esse volui consequenter etiam his versibus reddenda est: 38. 542. — In rebus orthographicis eandem normam secutus sum quam saepius indicavi: itaque *accerso* et *arcesso*, *quor* et *cur* et similia posui ex librorum testimoniis.

Ienae mense Octobri a. MDCCCXC.

G. G.

T·MACCI·PLAVTI

MILES·GLORIOSVS

GRAECA · ALAZON

ARGVMENTVM I

Meretrícem Athenis Éphesum miles áuehit.
Id dúm ero amanti séruos nuntiáre uolt
Legáto peregre, ípsus captust ín mari
Et éidem illi míliti donó datust.
Suom arcéssit Ephesum dóminum Athenis ét forat 5
Geminís communem clám parietem in aédibus,
Licére ut quiret cónuenire amántibus.

INCIPIT MILES GLORIOSVS *B et rubricator in D (erasis eisdem verbis a D^2 scriptis). om. CD^1.* PLAVTI. POETE. CL^{m}I. MILES FABVLA. INCIPIT. ARGVMENTVM *F.* Plauti Sarsinatę Miles. Argumentum *Z* *Argumenta I et II transposuit Gronovius* 1.]eretricem *C* milesa uehit *B^1*. miles auehit *B^2* aduehit *F* 2. Liddũ ero *B ante corr.* Iddum ero *B corr. cum D.* Id dumero *C.* Id dum hero *FZ* amantis *C* seruus *CDZ* nunciare *Z* 3. Legat opere gre *B^1*. Legat' peregre *B^2* peregred *commendat Ribbeckius, reicit Ritschelius Nov. exc. p. 123* ipsus captust *(*ust *in ras. m. 2) B.* ips///us *(*i *erasa)* cap tust *(*tust *ex* sust*) D (in marg.* captust *D^3).* ipsus capstst *C.* ipsus captus *FZ.* captust ipsus *cum Pareo Ritschelius.* captus ipsust *Pylades. cf. Opitzius de argum. metr. lat. arte et orig. p. 265. 273* 4. illi eidem *Pylades* datust *B.* datus est *CDFZ* 5. Suom arcessit Ephesum dominum Athenis *scripsi.* Suum arcessit *(*ars cessit *B.* accersit *F)* erum athenis *(ita B^2.* erumna thenis *B^1.* herum athenis *FZ) BCDFZ.* Suom arcessit seruos dominum Athenis *Ritschelius (cf. Opusc. vol. II p. 409).* Suom arcessit seruos erum ab Athenis *Ribbeckius.* Suom arcessiuit erum tabellis *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1869) p. 396.* Suompte arcessit erum tabellis *Birtius Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 562. monstra ab aliis prolata mitto* et forat *BCD.* efferat *F.* afferat *Z.* perforat *codex Pii.* atque inde efforat *Pylades* 6. clam *B.* sciam *D.* sciẽm *C.* suam *FZ.* scite *Ritschelius,* scitus *Ribbeckius,* clam *in v. proximum traicientes* inaedibus *D.* inędibus *B.* inedibus *CF.* aedibus *cum Scioppio Susp. lect. V 7 Ritschelius* 7. Licere ut quiret *Pius.* Liceret *(*Lic^{c}ret *C)* ut quiret *(*quiret *et s. v.* coire *B) BCDFZ.* Liceret ut clam *Ritschelius: cf. v. 6.* Liceret ut qui *Acidalius et eum expilans Goellerus in Aulul.*

Obérrans custos hós uidet de tégulis,
Ridículis autem, quási sit alia, lúditur.
Itémque inpellit mílitem Palaéstrio, 10
Omíssam faciat cóncubinam, quándo ei
Senís uicini cúpiat uxor núbere.
Vltro ábeat orat, dónat multa. ipse ín domo
Senís prehensus poénas pro moechó luit.

ARGVMENTVM II

Meretrícem ingenuam déperibat mútuo
Athéniensis iúuenis. Naupactum ís domo
Legátus abiit: míles in eandem íncidit,
Depórtat Ephesum inuítam. seruos Áttici,
Vt núntiaret dómino factum, náuigat: 5
Capitúr, donatur ílli captus míliti.

---

v. 132. ubi quirent *proponit Saracenus. cf. Vahlenus Comment. in hon. Mommseni p. 664 sq.* 8. Oberrans *Ritschelius.* Obherentis *BCDF.* Obhęrentis *Z.* Osculantis *Camerarius.* Obhaerens *Bothius* uidet *BC.* uidit *DFZ* dętegulis *Z* 9. Ridiculis *BCD.* Ridiculus *FZ.* Ridicule is *Seyffertus Phil. vol. 25 (a. 1867) p. 439: cf. Ritschelius Opusc. vol. 2 p. 411, Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 589* luditur *B.* deluditur *CD FZ* 10. inpellit *C.* impellit *BDFZ* palestrio *CDFZ* 11. fatiat *B.* faciam *F* ei *B*² *in ras.,* '*codd. antiqui*' *Pyladis.* celi *CDF.* cęli *Z.* 'caelibis *Saracenus: quo nonnisi sic uti licuerit:* Omittat concubinam, quasi ei caelibis' *Ritschelius.* eei *Buechelerus de decl. (ed. Windek.) p. 116* 12. uicinis,uxor,cupiat *C* 13. habeat *DFZ* multo *F* in domo *Z.* in modo *B*¹*CDF.* in mo̅domo *(h. e.* in domo*) B*² 14. penas *B*¹. pęnas *B*² pro moecho luit *DZ.* ꝑmo echoluit *B.* ꝑ moechc luit *C.* promecho luit *F*

ARGVMENTVM *BF et post* luit *Arg. I 14 D. om. C.* Aliud argumentum *Z* 1.]eritricem *C.* eritricem *Z* 2. Naupactum is domo *Pylades.* naupactis domum *BCD, codd. Pyladis.* naupacti domum *FZ.* Naupactum domo *Pius cum Saraceno* 3. habiit *D* eadem *B*¹*:* n *s.* a *add. B*² incedit *B*¹*: corr. B*². incidit *(*in *ex* ce*, ut vid., corr.) C* 4. Deportata pessũ *B*¹. Deportat ꝑessũ *B*² ephesum *ex* ephesium *C* inuitam *Saracenus, Pius.* inuita *B*¹. inuitat *B*² *cum CD FZ* 5. Uut *C* nunciaret *DZ* factum *B*², *Saracenus.* facto *B*¹*C DFZ* 6. illic *B*

Ad erum út ueniret Éphesum scribit. áduolat
Aduléscens atque in próxumo deuórtitur
Apud hóspitem patérnum. medium párietem
Perfódit seruos, cómmeatus clánculum 10
Qua fóret amantum: géminam fingit múlieris
Sorórem adesse. móx ei dominus aédium
Suám clientam sóllicitandum ad mílitem
Subórnat. capitur ílle: sperat núptias,
Dimíttit concubínam et moechus uápulat. 15

7. Ad///erum *B ex ras.* Aduerum *B ante ras. cum CD.* Ad herum *FZ* uenire te pesum B^1: *unde* ueniret ẽpesum B^2 scribi *C* 8. Adolescens *CDFZ* adque B^1. atque B^2 proxumo *Z.* proximo *BCDF* deuortitur *Ritschelius post Bothium.* reuortitur *B.* reuertitur *CDFZ.* diuortitur *Saracenus* 10. seruus *BCDFZ* clancilum CD^1. clanculum *corr.* D^2 11. floret *C* amantum *BCD.* amantium *FZ* geminam *Scutarius.* geminat *BCDFZ* mulieris *Camerarius.* mulier *BCDFZ* 12. adesse *Pylades.* ait esse *BCDFZ. vide Proleg. in Trin. p. XCIX* edium *C* 13. Quam D^1. Suam D^2 dientam *CD* sollicitandum ad *BDZ.* solicitandum ad *F.* ad sollitandum ad (so *ex* sti *corr.*) *C.* ad sollicitandum *Ritschelius, quod fortasse non necessarium est in argumento* militẽ (ẽ *in ras.*) *B* 14. Supornat *C* sperat *Scutarius.* sper///at *B (post ras.).* spernat *B (ante ras.) cum CDZ.* spernit *F* 15. concubinam *om. C* moechus *D.* moecus *B.* mechus *CFZ* uapulat *(erasa* s, *ut vid.) C.* uapulat *ex* uabulat *D*

PERSONAE

PYRGOPOLINICES MILES
ARTOTROGVS PARASITVS
PALAESTRIO SERVOS
PERIPLECOMENVS SENEX
SCELEDRVS SERVOS
PHILOCOMASIVM MVLIER
PLEVSICLES ADVLESCENS
LVRCIO PVER
MILPHIDIPPA ANCILLA
ACROTELEVTIVM MERETRIX
SERVI
PVER
CARIO COCVS
LORARII
CANTOR

ACTVS I

PYRGOPOLINICES. ARTOTROGVS

PYRGOPOLINICES

Curáte ut splendor meó sit clupeo clárior
Quam sólis radii esse ólim quom sudúmst solent:
Vt, ubi úsus ueniat, cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum áciem in acie hóstibus.

1—4. *Priscianus de metr. Ter. p. 421, 13 sqq.:* Plautus...in Milite glorioso in prima scena: 'Curate...hostibus' 2. *Nonius p. 31, 15:* Sudum dictum est quasi sine udo ... Plautus Milite: 'Quam...solent': *cf. Caesar p. 34. 46. 55* 3. 4. *Pseudasconius in Cic. vol. V 2 p. 117 Orell.:* Praestringat aciem] Vel a praestigiatoribus transtulit uerbum uel a tironibus...Plautus in Milite glorioso: 'Vt...hostibus' 4. *Nonius p. 34, 20:* Praestringere dictum est non ualde stringere, eludere. Plautus in Milite glo-

---

Act. 1 scaen. 1 PYRGOPOLINIC(E) *et suo loco* (TROG)U *(litteris* TR *et* G *incertis) A. om. unius v. spatio relicto C.* ARTOTROG̃ PARASIT' PYRGO POLINICES MILES *rubricator in D erasis vocabulis a D² scriptis.* PIRGOPOLINICES MILES. ARTOTROGVS PARASITVS *B et, nisi quod* PYRG. *pro* PIRG. *habent, FZ De v. 1—8 cf. Klotzius 'Metr.' p. 402: de tota scaena idem de allitt. et symm. p. 11 sqq.* 1. ÇURATEUTSPLENDORME *A, quibus* OS *litterarum vestigia incerta addit Studemundus* splendor] le *ex* eb *C* meo] meus *Prisciani B.* m̃s *Prisciani RVA* clipeo *BDFZ cum Prisc.* dibeo *C* 2. QUAMSOLISRADIIESSEOLIM *A* cum *Nonius: unde* Cam *L. Muellerus* radi *Prisciani R* ẽe // (t *erasa) B.* esset *Z. om. Nonius* quom *B.* cum *CDFZ cum Prisc. et Nonio* sudũst *B².* sudust *B¹CD¹FZ.* sudus est *Nonii H.* sudu est *Nonii L.* sudum est *D³, Priscianus et Nonii G* solet *Nonii libri boni* 3. UTUBIUSUSUENIATCON(TRA)CONSER(TA) *litteris extremis incertis A* manu] u *e corr. C* 4. PR(AE)STRINGATOCULORUMA(CIE)MINACIEHOST(IB)US *A* Prestringat *BF, Nonii L¹ posteriore loco, L priore loco.* P̃stringat *CD.* Perstringat *Z cum edit. princ. Pseudasconii: cf. test.* Oculorum praestinguat *Lambinus cum Pylade (*praestringat*)* atiem *B* in acie *(*i *ex* l*) B.* inatie *CD.* in aciem *Nonii LH¹*

Nam ego hánc machaeram míhi consolarí uolo, 5
Ne lámentetur néue animum despóndeat,
Quia sé iampridem fériatam géstitem,
Quae mísera gestit strágem facere ex hóstibus.

---

rioso: 'Praestringat...hostibus'. Lucilius lib. XXX: Praestringat [oculorum aciem in acie hostibus] splendore micanti. *Plautina verba Lucilianis inmixta expulit L. Muellerus* *Idem p. 373, 36:* Praestringere obtenebrare. Plautus in Milite glorioso: 'Praestringat...hostibus' *Apuleius de deo Socr. c. 11 p. 15 ed. Goldb.:* prorsus quod Plautinus miles super clipeo suo gloriatur, 'praestringens oculorum aciem hostibus' 5. *Donatus in Ad. prol. 15:* Nam incipiendi uim habet modo, ut: 'Nam ego hanc machaeram meam dico' 8. *Huc rettulit Ritschelius glossam hanc (Corp. Gl. II p. 189, 3):* Strages *πολυάνδριος σωρὸς νεκρῶν (cf. Corp. Gl. IV p. 393, 37:* Strages corpora in ualle strata*)*

---

priore loco aciem in acied *Buechelerus de decl. (ed. Windek.) p. 93, Bugge Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 636 sq., Lorenzius ibidem p. 593 sqq., Bergkius 'Beitr.' p. 116.* aciem acri in acie *Ritschelius: cf. Nov. exc. p. 70.* in acied aciem *Ribbeckius. hiatum tutantur cum alii tum Luchsius Stud. vol. I p. 6* fostibus *Kochius Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870) p. 618* 5. NAMEGOHANCMACHAERAM *et* NSOLARIUOLO *(quibus ante lacunam* M *dubiam addit Studemundus) quadrantibus spatiis A* machaeram *Z.* macheram *BCDF* mihi consolari (c̄solari, i *ex* e *C) BCDFZ.* meam dico *Donatus* 6. NELAMENTETURNEUEA-N(IM)U(M) *et tenuissima vestigia vocis* (DE)S(PONDEAT) *A* Nelamentetur *B* 7. QUIASEIAMPRI***F, *quibus dubiam* M *ante* F *et* AMGEST (MGE *et ipsas dubias) addit Studemundus, A* feriatam *Saracenus, Pius.* fieri attam *BCD, nisi quod* ri *ex corr. D.* fieri aptam *FZ.* fartum factam *Birtius Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 528* gestirem D^3 8. QUAEMISERAG *A teste Locwio: ubi* QUAEMISERE*(vel* I, *vix* A)G *et* OS****S *Studemundus ('in membranae lacinia quadam inter Militis fragmenta scorsum adseruata, quam ad medium uersum 10 ⟨8⟩ pertinuisse incerti uulgatae scripturae ductus persuadent, nonnullae apparent reliquiarum umbrae, ex quibus nec* FARTUM *nec* FARCTUM *nec* FRACTUM *nec* FRATRES *nec* FRUSTA *nec* OFFAM *nec* STRAGEM *sed velut* FRETIS *uel* FRITIS *uel minus probabiliter* FRETUM *uel similes aliquas litteras ibi olim extitisse apparet' idem in adn.)* Quae misera gestit *firmavit Seyffertus Stud. Pl. p. 8.* Quem miser agestat et B^1. Quaem misera gestitet *C.* Quem misera gestiret D^3. Quem misera gestitet B^2 *(nisi quod* gestit et*)* D^1 *cum FZ: ubi* Quae *Beroaldus,* gestit *Camerarius scripserunt.* Quae misere gestit *cum Dousa Expl. III 7 Ritschelius* stragem *nescio quis in marg. exempli Gronoviani bibliothecae Leidensis quod signatur '17 Gron.', item Rostius Opusc. p. 116: quod retinui, etsi vix verum est.* fratri, *ut vid.,* B^1. fratrē B^2 *(ē in ras.).* fratem *C.* fratrem *DFZ. coniunctis scriptura codicis Veteris et vestigiis Ambrosiani conicias, veram scripturam in* is *exisse.* fractum *Saracenus.* farctum *Muretus Var. lect. III 9.* fartum *'libri veteres' Lambini, Birtius*

Sed ubi Ártotrogus híc est?

ARTOTROGVS

Stat proptér uirum
Fortem átque fortunátum et forma régia. 10
Tam béllatorem Márs se haud ausit dícere
Neque aéquiperare suás uirtutes ád tuas.

PYRGOPOLINICES

Quemne égo seruaui in cámpis Curculióniis,

Codicum *AB* discriptionem quam accuratissime in ipso apparatu expressimus: ex codicibus *CD* eis tantum locis commemoravimus, quibus aut aliis rationibus scriptura afferenda erat aut propter personas dubitari poterat. Nam a *Db* si recesseris, qui et ipse admodum raro notas personarum supplevit (sed saepius quam Ritschelius notaverat), ex spatiis tantum in *BCD* de distributione iudicari posse in ipso principio fabulae indicatum est.***) Sed cum in dubiis tantum locis significaverim, si propter versuum exordia de *CD* non liqueret, hoc loco ex *C* (quocum *D* fere consentire notum est) inde a v. 11 (ubi discrepare incipit) versuum singulorum exitus composui lineolam addens, ubi metricum interstitium aliquod congruit.

11—35: *aut qd̃ tam̃* | — *quiſ illic ẽ* — *aſtat* | — *amicuſ ẽ* — *congrediar* — *otoxile* — *utqueo* — *exſententia*†) — *utere* · —

---

*) Similiter iudicans Studemundus, cum Palatinorum recensio ne integrum quidem binionem, sed septem circiter paginas undevicenorum versuum explevisse videatur, aut dimidiam quaternionis LXXIIII partem vacuam relictam fuisse aut pro quaternione binionem potius insertum fuisse coniecit.

**) Alterum exemplum Rudens praebuit, de quo quae praef. p. XII sq. computaveram, iam ex Studemundi apographo (ad QV. LXXXIII 7 v et prooem. p. XXIII) ita corriguntur, ut fasciculum LXXXV (non LXXXII) binionem fuisse appareat.

***) Quamquam interdum spatia in *CD* ad metricam potius distributionem spectare et ad v. 789 tetigimus et hoc loco monemus.

†) Fortasse v. 18 ita discribendus erat melius, ut dimeter troch. catal. (*Sátin ergo ex senténtia*) subiceretur tetrametris troch. cum

quidẽ tv iã — negotiũ edepol — apud molaſ — militia ẽ tua — ergo edepol — ſagitta — amant | *— belligerẽ* | *— tuũ ne — qd iã — bene — victu* | *— loqui* | *— id ẽ hęc — an ſempiĩ nã — viſ ergo* | *— quẽ ad modum* |

36—52: *— pendam* | *— Age — tuiame — veniã — apu-mice — facere — tufac — quęrã — ſi id — ſedulo — ego ĩtẽ — refecro — enicaſ* | *— atpol — ambulato* | *— inquęſtione* | *— malũ* |

53—80: *— obtineo — fuit* | *— pauoſ — cibũ — neq' huſ — obtineo — uolo — reptũ bona* | *— publicę rei — poteſt* | *— ĩpuplicũ* | *— quẽpiã — ęqua — appareant* | *— ſlultuſ — oporteat* | *— nerecte — obreptauerit* | *— graduſ* |

81—111: *— leno — ẽ op'* | *— vos adq? — ego intro — appara* | *— ille hic — lautũ credo — tenet — detiſ — glutiaſ* | *— magrũ illud — colliricũ* | *— ꝓpe me — omi iuppiter* | *— oportune — decet* | *— iã intuſ — pernã quidẽ* | *— hallęiſ — ere* | *— murena — frigida* |

112—135: *— omĩſ eſſe — occeperiſ* | *— aduerte — mihi* | *— & mihi — domi idẽ* | *— deſuo ſiqd — ꝓbe* | *— marſuppium — vitam — tuã* | *— adedi* | *— ſcieſ* | *— leno — nori* | *— reperire — illã — ad legauero* |

136—167: *leno ñ dũ — reliĝe* | *— potè nũquã — facturũ — huc iã quã — decuria* | *— queſo hercle — ſaturũ vendaſ — benefaciſ — filię* | *— fuerint — autumet* | *— taceſ* | *— lepide — zonã — q́ hanc — peregrin' — adduce — ornamẽta — locauer̃* | *— ſcio* | *— accipero* | *— habeat — curã — vt habeat — loquor* |

168—182: *— dicerẽ otienſ* | *— habitam — conſueui ſimul — censueram eſſe — hunc annum — iam fieri — ſans non ędidiciſti · — et ſcio — animuſ — qui amat · — vita eſt* | *— ut ſit* | *— onerabo* |

183—213: *— teneſ* | *— caput* | *— apud illam — ni omnũ — habeaſ hodie — ſilubidoſ — ſine me — cum ego — iſ nunc — tu pueri eſ — peculiabo* | *— opprobari ·* | *— iudicem* | *— pegnium* | *— ire ego — facerem hanc — percircum — quam*

---

tetrametro cret. coniunctis et mox dimeter iambicus (*Si euéniunt quæ exoptó, satis*) praemitteretur septenariis iambicis.

me — hic quidẽ ẽ — nulluſ — commoranduſt — quid agiſ — quid me — habeant — dignaſ dico — ſceleſtam — peiorem — maledico — vmquam ita — heia — fateor — familiae · |

214—232: *— autumo | — ergo — prior — hinc haud longe — ſceluſ · | — ſciſ | — audiuero | — decẽ me — quo iter — inmittaſ — quando — atppero — nihilequidẽ — altera eſt — neſcio quid — operam — amaſ | — aetatulam | — ſeruiaſ | — confidentia | — pondere | — p̃dico |*

233—250: *— niſi ſcio | — quideo quid — niſi ſcio | — exterebrabiſ tu — miseriaeſt — quodtu — utloquerenl — necuiquam homini — attuhoc face | — leuiſide | — lenonia dic amabo — tecũ habeto — toxilo — atego hanc — abietem | — fortaſſe — ambulaſ agariſtio |*

251—271: *— uiro potenti — merito | — copiam | — aſſeram | — cenſebam · | — mercarier | — decẹlo dedit — qui hoc — nam hoc argentum — & amico meo — diu quod bene — non curo | — largiar | — hominеſ — aridoſ | — cum ſale | — mihi | — vapulet | — noui | — pregnũ eccum |*

272—301: *— domum — properaſ | — quem tibi — ut opinor — ſcelerate — eo iſtuc — tuuſeruſ — uenefice | — maiori — linguam — toxiluſ — tureſtibuſ — perciderim tibi — incubitatuſ eſ — gratiſ · — confido — potin vt — non quiſ | — parata — deſint — quid eſt · — liceat | — specta | — perdant | — colaphiſ | — tunc me — di deaeq; — queam — uapulat — bilinguiſ — tcc cere aut̃ | — intuſ |*

302—328: *— iubeto — ubi ſe adluat — magiſ — abi domum — me infer — ambulat — ſed quid — tibi eſt ne — promoneto | — parce | — co oriuntur | — iubeaſ | — negotii | acornu — ſodeſ — inbubilem — bonum — ineſt quod — me uobiſ — domuſ — tibi hoc tutum — inſtruxiet — tanto melior | — argentum | — utuiſ |*

329—366: *— perhennitatiſq; — ſupſtitet | — ſciſ — adhoc — mi pat̃ | — filiam — attali | — tu pro — inuentriſ — non inme — tamen | — modeſte — admigrantĩſamẹ | — odioſa eſ — patri | — eantq; — exiſtimo | — hominum — mortuam | — nolo — fiat · — miratuſ eſt — flagrum | — nunc quod — mulier nulla — parentibuſ |*

367—399: *— ſiquid — atſi ñ — uolo | — uirũ ei —*

dicat quod — at — libet | — haud liceat — patri — et id ut — fuerint — facif · | — nuptiaf |) — hic cum — uortitur | — indotatam — meũ | — plenum — dabuntur — acceperif — ducif — lubet | — audieaf |*

400—404: *— iuratuf ẽ fefe — preterierit | — foref — foraf |*

405—448: *— quid agitur — publicum | — accipiter — uerfibuf | — accipe — tenef | — iurato — et ibi ut — ferui tritium | — tritor — · fugax · furax · | — poffum ate — quintu mihi — pofcit — audiant | — ego — tibi | — omitto —mihi | — partim — aforo | — lepuf | — hic ert | — iam — fcio | — rotula — adforum | — iam — fane — oportuit |*

449—461: *— fummanuf — pcedit — agit | — callide | — hodie — fagariftio — tibi | — eperfia |*

462—469: *tiara ornatum — crepidula — comici | — adiuuaf | — tace | — conloqui | — rite uof |*

470—496: *— lucri | — indief | — uicit | — demeo | — maximã — benignuf — credebã — abiuraffit | — ego hominẽ — paratae — agif te — emififti — auctuf ef · — libera eft · | — non vif | — omnef — abi — apud meẽ — rem — occultabam — faciaf — benedicif — tuum — facturum |*

497—527: *— attinent — amco domino — ex ipfif — recitato — toxilo — ualeo — octo — cleufi polim — atque — audio | — hofpitium — uolet | — adme — gerant | — boni | — uolt — roga | — prior | — monef | —tua | — expetenda — penilifima | — ifemat — quifquam — face | — uale |*

528—548: *— creditum | — attulit | — opufeft | — foraf — mercimonio | — credidi | — complurienf | — heream | — meaquidẽ — recte — habeo — nequif — illam — dicif — ipfe addunt · | — hiceft | — fcio | — quif quif ef | — carnu fex | — tuum |*

549—596: *— fpeclem — parum | — dicere | — fapientiam | — oppidum | — arbitror | — exulant | — obtrectatio | — indiligentia | — fceluf | — parũ fit | — fodalibus | — ef | — hanc | — emerif | — opulentior | — familiif | — tuam | — in-*

*) Sic haec perscripta sunt:
Habeo inmemoria neceſſitate memala utſiã facif · ☞ nuptiaſ
Verum uideto me ubi u///oleſ nuptũ dare nehęc fama faciat repudiatu

tromitti | — *foreſ* | — *ferreiſ* — *ſeram* — *impingi* — *iſane* — *indicet* — *hoſpeſ* — *noctu* — *hinc uolo* — *hanc* — *pulchre* — *tamquam* — *certuſ* — *fuit* — *tibi empta* — *nihil ẽ* — *merſ eſt* — *emere* — *uelle* — *mancupio* — *daturuſ* — *hercle* — *enimte* — *etqui* — *leno* — *geraſ* |

597—622: — *parentibuſ* — *inpulſu meo* — *maxime* — *roga* | — *dare* — *adire vt* — *uolo* — *lubet* | — *gere* | — *impera* | — *auſpitium* — *age* — *adduco* — *perconctarier* | — *operam* — *adee una* — *tibi ibidem* — *heuſ tu* — *ſcio ego* — *eloquar* ! — *apud hunc* — *ſuum* | — *percontabimur* | — *id mirer* — *nequid mirer* — *callida* |

623—647: — *quid nomen* — *fuit* | — *emiſ* | — *quoq;* — *numquam* — *tibi* — *addito* | — *mihi* — *manum* | — *loco* | — *ſepiſſime* | — *dicerẽ* | — *tua* | — *quaero* — *quando fuit* | — *quęraſ* — *equidem* — *tua* — *equidem patriam* — *de iſtoc* — *miſeriarum* — *pater* — *bono* — *quiſ fuit* — *qui fuit* | — *nominarier* |

648—672: — *acceptior* | — *praedicaſ* | — *emam* — *arbitror* | — *memodo* | — *ſciet* | — *nunc* — *fractae* — *cadeſ* | — *uolo* | — *boloſ* | — *tibi* | — *perdere* | — *indica* | — *minaſ* | — *hinc* — *actutum* — *miniſ* | — *qui hac* — *probe* | — *trecentiſ* — *huc* — *non accedent* — *infectum ut* — *petiſ* | — *affero* · |

673—682: — *probam et* — *fit ee* — *vbi* — *innauem* — *recipito* | — *argento* — *me* — *foraſ* |

683—710: — *minuſ eſt* — *facere* — *miſer* | — *quando* — *diem* | — *hoc ſiſ* — *fiat* — *negotiumſt* | — *autem* — *redimã* — *videor* — *quippe qui* — *ſciaſ* | — *argentum* — *expalpo nideſ* | — *nomen* — *moreſ* — *voltiſ* — *potiuſ* — *vale* · |

711—729: — *illuxit* — *illequidẽ* — *uendidit* | — *adſeratur* — *fore* | — *habeo* — *immo ſerui* | — *hanc* — *admoneam* — *ulciſci* — *tace* | — *ſat ẽ* |

712—752: — *ſqualet* — *tibi* | — *aliud* — *iam ego* — *tua* | — *aedeſ* — *dedit* | — *igitur* — *ſceluſ* | — *ambula* — *dicam* — *carnufex* | — *hominеſ* — *ambula* | — *gnata* — *ſequor*

753—777: — *extincto* — *iuppiter* — *ago* — *participeſ* — *hoſtium* — *ponite* — *ego omũſ* — *opera haec* — *eſt homo* — *mi cur* — *age dũ ergo* | — *magiſ* — *cõmendamuſ* | — *age ergo* · | — *pepigi* | — *ſuauẽ* | — *menſam* | — *puere* — *pro-*

pera — amice | — *amplecti* | — *poculũ donant — inuidſ* — *gaud* · |

778—817: — *omnib;* — *hic mihi — diuexauit* | — *illum* — *perdant — argenti — incruciatum — redierit — fabulaſt* — *liberta — agite — locuſ hic — puere* | — *affligam* | — *tuum* | — *uerſauiſti* | — *additaſt* | — *ſciuiſti — p̄ uorti* — *cor mihi* | — *neardeſcat — pegnium* | — *baſilice — inridere* — *tibi — lubet — quintumeiſ — quidẽ id?* | — *attigaſ — condono*

818—857: — *pol uoſ — uolt — mulſum — bibimuſ* — *tranſeat* | — *uide — diodoruſ quem — abitiſ — denuo* | — *adcurtem* | — *geminiſ ſumuſ* | — *perdidit* | — *uolo* | — *opuſt* — *emo* | — *me* | — *abſq; me — crope diem* | — *aduerſatuſ eſt* — *honeſtuſ* | — *repertuſ eſt* | — *paream* | — *dedi* | — *ſedulo* — *conſulunt — dordaluſ ẽ — qui fuit — malum uobiſ — nateſ* — *loquere — adcaenam — uoco bene — igitur — male* — *ſatiſ — do* | — *parũ* | — *me* | — *plaudite pantio* |

De codicibus nihil habeo quod addam*) nisi hoc: me consulto plerumque omisisse, ubi *B* post personarum spatia maiuscula littera utatur (itemque si *CD* a *B* ex diversa discriptione in maiuscula tantum discrepent): voces autem syllabasque male coniunctas disiunctasve etsi (ex *B* maxime) saepe — et saepius fortasse quam opus erat — notavi, tamen nequaquam volui omnes omnino exscribere.

In priorum criticorum conaminibus afferendis ut non semper in Ritschelii copiis acquiescerem, duabus de causis adductus sum. Ac primum quidem saepius vidi Ritschelium sibi vindicasse, quae Guyetus, Bothius, alii occupaverant: unde apparet nequaquam consulto omnia ab illo omissa esse, quae omiserit. Tum vero non parva pars eorum quae omiserat interim ab aliis redintegrata est ignorata plerumque auctorum principum auctoritate. Itaque eo liberalius apparatum augere et volui et potui, quod vel inutiliora commenta iam in appendicem relegata vix incommodo sunt: atque aliis alia inutilia sunt vel videntur esse.

*) Vbi diversa quae praesto erant testimonia inter se discreparent, plerumque sponte apparuit, quisnam accuratius contulerit. Vnum commemoro ex *B* Hinckium v. 3 *ec/cetera* notasse, ubi *ex* pro *ec* Parens, Ritschelius, Studemundus habent. Reliquae discrepantiae cum leviores etiam sint, nolui propter eas amicos Romanos sollicitare.

Instrumento critico post editam Mostellariam accesserant manu scriptae adnotationes F. V. Reizii, Godofredi Hermanni, Caroli Lachmanni, de quibus sic dixit Ritschelius: 'hae, quas ultimo loco dixi, scriptae sunt in marginibus duorum exemplarium meo aere nuper emptorum, Taubmanniani anni MDCXXI et Bipontini anni MDCCLXXXVIII, sed multo pauciores in hoc quam in illo. Ex Hermanni autem bibliotheca depromptum exemplum Ernestianum anni MDCCLX commodauit Mauricii Hauptii amicitia: cuius quae dotes sint, optime intellegitur ex ipsius Hermanni verbis in fine alterius voluminis scriptis, quae infra ponenda duxi:

Quae in hoc libro calamo annotata ſunt, ea ex demortui praeceptoris mei Friderici Volgangi Reizii exemplare huius editionis transtuli in hoc meum exemplar cum maxima fidelitate, ita vt neque, ſicubi errauit Reizius, immutarem; & ubi a priore correctione recesſerat, ſi calamo eam expunxerat, idem facerem; ſi ſale delerat, in margine, quae priſtinae emendationis exſtarent veſtigia, indicarem. Ea autem quae iam antea ipſe alleueram, vel ſubducta lineola, vel appoſito meo nomine, vt ab Reizii notis internoſci posſent, curam habui. Deſcriptae ſunt haecce notae Lipſiae in feriis vernis a die XV. Aprilis vsque ad diem IX. menſis Maii, anno a C. N. CIↃIↃCCLXXXX.

Ioannes Godofredus Iacobus Hermannus.

Hoc autem quod ipse testatur consilium dici nequit quam mirifica diligentia per viginti comoedias exsecutus sit, fidei et religionis per longaevam vitam tanta cum gloria comprobatae iam tum documentum edens honorificentissimum. Ac de Reizianae industriae indole universa satis iam aliunde constat: ad Persam paucae cum Reizii tum Hermanni emendationes pertinent, illius quidem metricae potissimum in canticis actus quinti, quarum partem maximam, ut specimen exstaret, in adnotatione perscripsi non nimio emolumento poetae. Ex Hermannianis potueram etiam illam commemorare quam versui 696 adhibuit: *Eum ego ut requiram adire atque ut redimam uolo*, tametsi probabilitatem habere nego. Quanquam de hoc genere universo ita sentio, ut haudquaquam putem sine delectu evulganda esse, quae quis sibi, non aliis scripserit. Idque non minus cadere in Lachmanniana volo.

Qui cum ipsam Persam fabulam item leviter tantum attigerit, in aliis compluribus longe longeque plus studii ac laboris consumpsit. Sed eius operae alia eaque sat magna pars in excerpenda scripturae discrepantia codicum Palatinorum editionisque principis constitit: alia etsi in corrigendis scripturae vitiis versatur, tamen saepe (id quod etiam in Persa accidit identidem) ea inventa progenuit, quae pridem ab aliis, quorum tum libros non consuleret, occupata essent. Vel sic tamen non deesse consentaneum est, quae spes sit non mediocriter quarundam fabularum emendationi profutura esse partim iam editarum a nobis partim tractandarum deinceps'.

Praeterea ad Persam spectantes lectiones Scaligeranas aliquo supplemento augebat Ritschelius 'quod ex impressis libris Leidensibus XIII. D. 203 et 204 et XIII. O. 244 ab Eugenio Mehlero nostro haustum nunc ipsum Bonnam tramittitur'. Protulit autem omnes, 'ut semel aliquo exemplo intellegatur, non immerito multa supprimi a me solere quae nulli esse usui videantur, quippe aut non satis digna Scaligerani nominis splendore (maior enim in illo recentioris fuit quam veteris artis metricae latinae peritia), aut nimis levia, aut prius inventa ab aliis sibique probata tantum. Vides ludibunda manu multa illum iecisse potius inter legendum quam, quod tum non agebat, meditate coniecisse'. Accedebant his Salmasiana e libro item Leidensi XII. Q. 177 et quae Leidensi XXI. Burm. D. 2 Iani Dousae manus ascripsit ex parte 'condonanda magis quam commemoranda' quodque Gronovius adnotavit in Gron. 17 et Rittershusius in D. 181: quae iam ex praefatione in appendicem transferenda erant.

De graeco fabulae exemplari nihil nec sciri nec conici posse videtur: neque quae de tempore actae primum Persae olim effecisse sibi visus erat Goetzius Mus. Rhen. XXX p. 162 sqq. (cf. Lorenzius Pseud. p. 243) satis firmis niti argumentis hodie ipse concedit. Sixii sententiam non novi.

De personarum nominibus haec repetenda atque ex parte persequenda esse videntur. 'Nec fidem nec rationem habet tralaticia LEMNISELENE forma, tam illa abhorrens a Plautini et generis et temporis indole, ut LEMNISELENA efferenda esset necessitate certissima. Verum neutrum horum

libri tuentur v. 196 et 248: qui priore loco dativum constanti testimonio *lemnifeleni* (*lemniffeleni CD*) prodant, posteriore accusativum nec in *am* nec Graecorum (non Plauti) more in *en* syllabam terminent, sed eam formam praebeant quae non possit non tertiae declinationis esse, *lemnifelenem*. Hinc consequens fuit ut nominativum faceremus LEMNISELENIS. A *Λημνισεληνίς* autem vel *Λημνοσεληνίς**) oxytono etsi regulae sane convenienter non illi potius casus fiunt quam hi qui in *–idis –idi –idem* exeunt, tamen non tam angustis finibus vel ille locus qui est de *ἀναλογίᾳ* et *ἀνωμαλίᾳ* nominum, apud veteris latinitatis scriptores universos, vel hic qui est de formandis hominum nominibus, apud ipsum Plautum circumscriptus est, ut, quo usque latinae declinationis affectandae studium, proprium illud priscae aetatis, progredi potuerit, sine errandi periculo fidentius atque adseverantius definias. Hac igitur ratiocinatione ductus cum *Lemniseleni Lemniselenim* formas, ut *Theti Irim* barytona, latinissimo poetae tribui, non esse verendum putavi ne egisse inconsultius viderer'. Adde Opusc. phil. III p. 319, ubi cum Buecheleri assensum Mus. Rhen. XV p. 438 commemoravit Ritschelius, tum dubitari posse addidit utrum a *Λῆμνος* ductum nomen sit, ut a *Λέσβος* factum sit *Λεσβόνικος* — nisi forte huc adsciscas *Λῆμνον τὴν μεγάλην λεγομένην θεόν* teste Stephano Byzantio p. 413, 10 Mein. —, an (quod praestare putabat) a *λῆμνος*, quod etsi nunc auctorem non habeat, tamen e se procreaverit deminutivam *λημνίσκος* formam. Male Vssingius cum Camerario reduxit LEMNISELENAM, 'nisi alio prorsus nomine Plautus usus sit'. Nam Ritschelii rationem luculenter confirmat *A*, qui v. 248 LEMNISELENIM vel LEMNISELENEM, at nullo modo LEMNISELENAM recipiat. Minus etiam intellego, cur Klotzius nuper SAGARISTRIO formam plane barbaram adhibuerit, quae unius *F* 'auctoritate' nitatur! — 'Aliam ob caussam non paullum dubitationis DORDALVS nomen inicit, ut cuius veriloquium prorsus nullum in promptu sit. Quod etsi constans per totam fabulam optimorum testium,

*) De *i* pro *o* vide Fleckeisenum Mus. Rhen. VIII p. 228, Ann. Phil. CXXXIII p. 263 adn. et Ritschelium Opusc. phil. II p. 488 adn., III p. 315, al.

etiam Ambrosiani, auctoritas effecit, ut interim non sollicitarem (nam leve est quod in *Db* aliquoties erratum est DORRALVS vel DORALVS), tamen non me praeterit fieri posse ut in solo argumento fabulae veram nominis scripturam codices servarint DORPALVM'. Ad hanc scripturam addendum, quod in scaenae III 3 inscriptione *B* utrum DORDALVS an DORPALVS habeat dignosci non posse Studemundus adnotabat (DORDALVS legit Hinckius cum Ritschelio). Atque de PORDALO Camerarius cogitaverat idemque Schneidewino 'non male oluisse' Ritschelius narrabat Opusc. phil. III p. 309. 341 sq. argutam acutamque dicens hanc coniecturam. Ac multo sane minus acute vel potius satis inepte *Ὄρδαλον* efficiebat Benselerus: neque magis audiendus Koenigius Quaest. Plaut. ed. a. 1883 p. 10 vel *Δορίαλον* vel *Δώραλον* (*δωρ* = *δορυ* = *δορϝ*) commendans = *δοριάλωτον*, quo plus sapere sibi visus est Haulerus in Woelfflini Archio I p. 304 sq. *Δώραλον* (coll. *Δωρίων*, *Δωριάς* et *Χρύσαλος*: *Χρυσίων*, *Χρυσιάς*) a *δῶρον* derivans. Nam cum *A* v. 482 clare DORDALE exhibeat itemque DORDALUS in scaenae IV 8 inscriptione, utriusque recensionis consensu haec forma tam luculenter stabilitur, ut scripturis singularibus ne tantillum quidem tribuendum sit: neque vero est quod de corruptela antiquiore cogitemus propter originationis difficultatem, praesertim cum lenonis nomini facile vox obscaenior obscuriorque subesse possit (cf. BALLIO ex Heronda VI 69 Buech. illustratus). Atque prima tantum littera ab hoc nomine differt 'Cordalus' cum 'Cordalione' in Captivis, de quo item inanes suspiciones moverunt, cum Ritschelius de 'Cordulo, Cordulione' (a *κορδύλη*) vel etiam de 'Condalo, Condalione' (a *κονδύλιον*, condalium) cogitaverit — quod in editione notare omisi — et nuper quidam perversissime 'Cordolionem' effinxerit. Quamquam hoc nomen non modo a *χορδή* derivari potest (quode idem Ritschelius dubitanter admonuit), sed etiam ad eandem stirpem cum *κόρδαξ* redire vel ad (*σ*)*κόρ*(*ο*)*δον*, ut alli plenum significet. — Praeterea parasiti filiae VIRGINI in personarum saltem indici nomen indere LVCRIDI visum est cum Ritschelio: 'quando illa ea in scaena, in qua hoc sibi nomen esse narrat v. 624, constanti consilio ita respondet sciscitanti lenoni, ut, cum

honesta calliditate meras ἀμφιβολίας captet, tamen ficticia et contraria veritati dedita opera declinet'. Adde Fleckeisenum Ann. phil. CI p. 847 et Koenigium, qui non male coniecit nomini subesse Λοκρίς gentilicium non sine lusu propter 'lucrum' a Plauto detortum. Ceterum decepti nomine PERSA in editionibus veteribus VIRGINI male tributo ipsam fabulae inscriptionem de illa multi intellegebant (velut Lessingius 'Beitr.' p. 50: cf. Rappius p. 1488 et Reinhardstoettnerus p. 719), quamquam iam Scaliger monuit 'nomen gentilicium virile, non femininum' esse Persa.

In actuum distributione non dubitavi Spengelii vestigia sequi, cum Ritschelius non putarit a tralaticia consuetudine recedendum esse. 'Quae quanquam habet sane quaedam incommoda, tamen haec leviora visa sunt prae longe gravioribus difficultatibus, quae in commendatam nuperrime [a Schmitzio scilicet] divisionem cadunt. Ac fortasse aliquid huius rei cum condicione universa huius fabulae coniunctum est, qualis quidem ea nunc habetur. In qua ut Plautinum ingenium, quod supra professus sum, agnosco sensu certissimo, ita vel nitere omnia vel Plautina arte satis digna esse minime contendam.*) Nihil nunc dicam de singulari metrorum varietate, quae cum in cantica Plautina plurima cadat, tamen in hac fabula haud scio an in insolentiorem licentiam vertat: id quod de prima potissimum et paenultima scaena significavi, item de IV 3 v. 489 sqq. Vbi ut valde ambigua est metrorum discriptio omnis et varios saepe dimetiendi modos admittit, ita ad maiorem illa aequabilitatem quandam non nimis difficulter ab eo adduci poterit, qui a codicum memoria, quam nos nunc dedita opera servavimus plerumque, aliquanto liberiore coniectura recedere voluerit. Sed tamen ut non talem qualis exstat prodiisse fabulam e manibus poetae credam, sed aliquam cum iniquitate temporum tum hanc insecuto διασκευαστοῦ artificio mutationem subiisse, illud potissimum me movet, quod post venditam Saturionis filiam mirum in modum nec usitata Plauto festinatione ea in scaena,

*) Non praetereundum esse videtur in hac re ex recentioribus poetis neminem quod sciamus Persam partesve Persae expressisse.

quae vulgo nona numeratur actus quarti, exitus fabulae praecipitatur. Hanc igitur scaenam cum probabile sit amissis partibus quibusdam in brevius contractam esse, simul hinc insolita brevitas totius fabulae aliqua saltem ex parte repeti poterit. — Contra molestia non caret, quod in quarta scaena eiusdem actus nimia ac prope putida diligentia virginis cum lenone sermo praeparatur tantumque morae inutiliter nectitur antequam huic illa coram sistitur'.

'Leviori factarum olim turbarum indicio, quam cui multum tribuas, memoria Glossarii Plautini illius est, cuius testimoniis identidem non sine fructu usi sumus. In quo e Persa excerpta adverbia hoc se ordine excipiunt, quem infra posui additis versuum numeris:

quadriduo 37 here 108 temperi 229 amiciter 255 tuttax vel tutax 265 frugaliter 449 (454) complurienf 534 contemptim 547 prognariter 585 interibi protinam 680 prorsus pro continuo 677

E quibus solum interibi non habet hodie quo referatur: quando ad v. 172. 174 spectare minime credibile est. Vt inter v. 588 et 677 (nam casu ante prorsus conlocatum protinam putarim [cf. testim. ad v. 680 et 704]) aliquo in loco aliquid sane intercidisse videatur'. Festinantius sane Spengelius T. M. P. p. 51 hanc coniecturam approbari posse praefracte negavit, cum v. 165 interibi fere certa Acidalii emendatione recuperatum sit. Contra quem quam recte Ritschelius Opusc. phil. II p. 266 in sententia perstiterit, nunc inde patet, quod ipse Ambrosianus inter versus supra circumscriptos novum praebet (671b), qui quam facile interibi recipiat, exemplo declaravimus.

Multo difficilius intricatiusque iudicium est de fabula per *διασκευὴν* contracta. Nam cum Ladewigius Philol. XVII p. 474 sqq. in priore maxime fabulae parte lacunas complures indagasse sibi videretur, recte has argutias Goetzius refutavit Act. soc. phil. Lips. VI p. 297 sqq.: neque quidquam valent quae in Ladewigii sententiam Ijsendijkius disputavit de T. M. P. Persa ed. Trai. ad. Rh. a. 1884 p. 52 sqq., qui ex argumentis futtilibus de contaminatione statuenda hariolatus est. Cf. Seyffertus in Burs. Annal. XLVII p. 111 sq.

i suo iure contendit quaedam quae mira nobis videantur lut singularem condicionem Toxili servi*) cum Paegnio puero o parasitoque facile potuisse per prologi argumentum dilularі. Iam quamvis sano iudicio Ritschelius Goetziusque nserint et post v. 136 quaedam intercidisse, quibus Satuonem Toxilus de ludo per filiam peragendo edocuerit, et 739 sqq. nimis abrupte rem omnem expediri, tamen utroie loco pauciores versus desiderari putaverim, quales etiam iis locis per librariorum incuriam amissos esse et ex mbrosiani testimoniis et ex rationibus satis certis effici otest. Vide etiam Langenum Stud. Plaut. p. 180 sq. et 335, ui clare de compositionis vitiis exposuit. Atque quaedam icommoda inde repeti possunt, quod poeta brevius argumenam, quod exodii rectius vice fungeretur, ad iustae fabulae ambitum dilatare, in quinque diducere actus voluit: id quod iodie quoque haud raro accidit comoediographis qui vesperum, ut aiunt, explere student, similiter ac pictores nostri res pusillas per telae magnitudinem ad historiarum gravitatem rerumque veritatem extendentes verae arti plerumque officiunt.

Sed de eiusmodi quaestionibus ut suapte natura semper anceps erit iudicium et lubrica coniectatio, ita paulo firmiore ios niti posse fundamento puto in eis lacunis designandis, quas non 'iniquitate temporum et hanc insecuto διασκευαστοῦ artificio' fabula subierit, sed iniquitate potius omnem si qua uit διασκευαστοῦ retractationem itemque grammaticorum recensionem insecuta.

Nam quod de Rudente et Casina in harum fabularum editionibus deque aliis fabulis — imprimis de Epidico Poenuque — in Novis Annalibus Heidelbergensibus II (a. 1892) . 37—54 exposui de archetypi Plautini fissuris scissurisque,

*) Ceterum etiam in ea depingenda ad meras nugas descendit endijkius p. 88, quem vel illud offendit, quod 'uicinum suum' Toxilum icit Dordalus (v. 400) et quod ad cenam vocat 'Persam' (v. 710), em hospitio accipiendum curandumque 'dominus Timarchides' per itteras' iusserat (v. 510. 527). Quin etiam miratur p. 70 non mirari ordalum, quod Persa Persisque optime latine loquantur: ubi ante mnia leno mirari debuit se ipsum ceterosque latine loqui Athenis Atticis.

id in Persam quoque cadere iam accuratius demonstrandum erit. Quae statim in primi secundique versus exitu talem labem contraxit, quam v. 1 unius morae, v. 2 unius syllabae defectus prodit. Quod vero huic defectui non respondet simile initiorum detrimentum, mirum non est, siquidem haec olim aut in pagina versa scripta erant eius folii, quod in pagina recta argumentorum vel prologi senarios praebuerit, aut in paginae rectae parte inferiore ipsi versui 17 opposita exstabant monometris dimetrisve in media pagina discripto sicut in *A*, ubi post v. 1. 2 unus occupat v. 21—23.

Longe luculentius exemplum eadem scaena praebet v. 33 et 35, quos ab initio truncatos esse tam libri quam versus sensusque ostendunt, cum qui intercedat versus longior non minus a metro laboret. Iam vero a fine decurtatos habemus v. 52 et 53, inter quos scaena intercedit: unde intellegimus quattuor (vel saltem tres) versus continuos abscisso margine utroque loco exstitisse breviores.*) Falsa igitur specie v. 33 unius litterae spatiolum post *Haec* habet *B* (cum minus etiam valeat spatium in fine versus post *hęc* in *CD*) neque rectius ex speciosa Camerarii coniectura omnes *Haec dies summa* effecerunt ex *Haec de summa*, qua coniectura recepta aliis deinceps opus erat mutationibus: immo servatis ceteris ab initio velut *Pactio* adiciendum erat: quo adiecto optime tam versus quam sententia decurrit, 'de summa' cum revera Toxilus pepigerit cum lenone (v. 401 sq., 412 sqq., 423 sqq.). Item v. 34 tam metricorum offensiones quam criticorum violentiae evanescunt, ubi primum intellexeris ex duobus eum constare ab initio truncatis. Nam iambicus octonarius hypercatalectus neque per se probabilis est neque hoc loco, praesertim cum *sémpiternam séruitutem séruiat* sponte trochaicis septenariis sese accommodet. Neque quidquam in ipsis tamen verbis, quae coniecturis temptarunt, suspicionem movet. Quodsi quis opponat non magis quidquam desiderari ad sententiam huius versus vel horum versuum (ut in eo qui antecedit et qui sequitur itemque v. 52 [?] et v. 53), perlustret tantum-

*) Intercedunt inter (4) versus truncatos ex codicis *B* discriptione 15 versus (ubi v. 48 sine dubio olim bipartitus fuit vel potius ex binis constat): 16 sunt ex Ritschelii, 17 ex nostra discriptione.

modo paginas quasdam: facile inveniet haud raro versuum principia vel exitus demi posse salva sententia cum metri damno: velut in proximis ut me contineam, si v. 29a *Basilice*, v. 29b *Quid iam*, v. 32a *Vah iam*, v. 32b *Sed hoc*, v. 36 *Vt mihi*, v. 40 *Impudens* abscissa essent multaque eiusmodi — quisnam ex ipsis verbis de integritate dubitationem moveret graviorem? Sed praeterea non modo consentaneum est, sed etiam demonstrari potest demonstratumque est interdum librarios ipsos, ubi facile fieri poterat, litteris syllabis vocibus quibusdam suppletis damna huius generis aut reparasse aut obscurasse.

Sed idem folium etiam antea bis perforatum erat in archetypo. Nam v. 47 pro *iam* (*ut scias*) scribendum esse *faciam* sententia docet, cum versus ultro *te* ante *faciam* requirat: itemque proximus versus ita laborat, ut necessario fere ab initio tam versus quam sermonis gratia lacuna statuenda fuerit, ne violentius cum aliis omnia perturbemus: atque hoc quoque loco *BD* spatio ante *resecro* relicto fortasse vestigium lacunae produnt, sed minus accurate signatae. Iam vero num casui tribues, quod qui totidem versibus (tribus ex Ritschelii, quattuor ex nostra discriptione) a priore lacuna seiungitur v. 29 similibus incommodis laborat? Vbi verba *Basilice agito eleutheria* (quibus verbis in *A* terminatur pagina proximis amissis) dimetiri recte nemo potuit — nam anapaesti qui hoc quoque loco ultimum refugium praebuerunt, Klotziani sunt, non Plautini —, mutatis autem verbis ipsis homines docti vim fecerunt non librariis, sed linguae: iam post *eleutheria* si trochaeum adieceris a vocali incipientem*), convenienter illi lacunae quam *te fac* syllabis explevimus, habebis quae tam verbis quam metro pulcherrime respondeant versiculo 31 *Basilico accipiere uictu*. Iam sane quae

*) De *hodie* addendo cogitaveram, ubi *usque* potius quadrare Seyffertus monuit propter verba *quia erus peregrist*: iam igitur *egomet* substitui in adnotatione (possis etiam *apud nos*). Sed omnino parum refert, quid ludamus, cum maioris momenti sit iudicium de sede corruptelae stabilitum: non modo propter singulos locos, verum etiam propter artem poetae recte aestimandam. Quamquam hodie multi nihil antiquius habent, quam ut librorum memoriam artificiis cuiusquemodi servent, ignari scilicet quae qualisque sit illa 'memoria'.

restant *Quid iam?* ‖ *Quia erus peregrist.* ‖ *Ain tu peregrist?* versum non explent: sed hic si lacunam in fine statueris congruam initio v. 48a truncato, simul habebis, qui *Sicut* v. 30 teneas apteque explices, quod adhuc molestiam peperit sani iudicii interpretibus.

Huic exemplo gravissimo, de quo dubitationem omnem exemptam esse contenderim, alterum fortasse adiungi potest ex proximis quamvis minus grave. Nam memorabile est, cum ducibus Brixio Goetzioque v. 68 ex duobus male contractum esse fere certa ratione intellexerim, Seyffertum item iustis dubitationibus motum similem opinionem concepisse de v. 87. Iam cum post v. 80 scaena intercedat, quam bene spatium inter has duorum hemistichiorum lacunas intercedens solitum paginae ambitum (vel XX vel XXI versibus) expleat, in oculos incurrit, ut facile duplex damnum unum potius esse suspicemur.

Multo sane luculentius priorique similius exemplum in scaena II 2 redit. Vbi cum v. 203 inepte exeat in *apud hanc obieci* mirum est quanta pertinacia per Vallae Piique mutationem *apud hanc obicem* conservatam importunam obicem sibi obiecerint plerique: quae lenis est coniectura, sed neque versum restituit neque ab arte grammatica satis commendatur. Quin etiam Langenus, qui *commorandumst* pro *commorandust* tradito item plerisque probatum suo iure reiecit, *obicem* retinens in medio versu *gradus mihi* supplevit. At *gradus* vocem quam requirimus sub finem potius versus eodem detrimento abscissam esse, quod *obieci* illud sensu cassum peperit*), et per se probabilius est et inde fere certum, quod statim v. 205 aperte creticum finalem amisit. Inter quos qui integer legitur v. 204, ideo facile a labe communi immunis remanere potuit, quod vicinis paulo brevior est, nisi forte *ut uales* formulam ex vestigiis recte librarii

*) Non praetermittam Seyffertum male habere et *apud hanc ad commorandust gradus* additum et *ob ioculum* (cum aliam significationem habeat *ob industriam* Cas. 805). Neque exemplum gemellum extat. Sed iustam offensionem vix praebet locutio singularis: quam si quis senserit, debebit de violentiore neque venustiore remedio cogitare veluti *commorandust gradus: haec obiecit moram* vel *hanc obiecit locus.*

emum suppleverunt. Iam vero his versibus in archetypo espondisse v. 221—223 cum ex ambitu congruo colligimus um ex ipsorum versuum condicione. Nam v. 221 sq. cum a ietro laborent, bis Camerarius *ne* particulam post prima ocabula affixit (*Quid ais? certum⟨ne⟩* et *Offirmasti⟨ne⟩*) am leni probabilique remedio, ut omnes recepisse minime nirum sit. At priore loco reputandum erat extrema v. 220 verba *me quidem haud decet*, cum a metro salva sint, a sententia non sufficere variisque et vanis criticorum commentis divexari: quibus si initio v. 221 velut *Secus* addimus*), et reliqua servare possumus et habemus, quod priori lacunae v. 203 respondeat. Iam cum sequentem quoque versum continua labe imminutum esse probabile sit, eo libentius reposui *Quid tu? offirmasti occultare, quo* e. q. s., quo concinnius sic se verba adplicant ad *Quid ais? certumst celare, quo* e. q. s. Denique tertius qui restat versus 223 nihil sane detrimenti accepisse videtur, sed videtur tantum falsa specie. Nam *dicto*, praeter consuetudinem rationemque sollemni formulae *par pari respondes* additum, manifestum est additamentum librariorum, quod nimis diu tolerarunt homines docti: quo deleto vacuum initium iam respondet exitui v. 205 abscisso, quod exempli gratia per *Eugae* explevi (cf. Pseud. 692).

At hoc quoque folium iam antea perforatum fuit in archetypo. Nam v. 217 (qui est quartus a primo versu trunco in pagina versa vel quintus si unum [v. 218] olim bipartitum fuisse conicimus) apertam lacunam ante extremum vocabulum habet non modo metro linguaque, sed etiam libris testibus: eodemque loco versus qui antecedit laborat, in quo cum alii alia temptaverint, recte imprimis placuit Acidalii coniectura *At post⟨erior⟩ scies* supplentis (nisi quod *post⟨erius⟩* ex loco parallelo praeferendum erat): nam et verborum concinnitas hanc scripturam unice commendat et augetur probabilitas ex cohaerente insequentis versus lacuna de qua item haud pauci, ut nuper Klotzius, inanes rationes

*) De *loqui* adiciendio primo cogitaveram, ut eadem esset sententia, quam Epid. 59 sq. et Mil. 477 legimus: at suo iure Goetzius offertusque eam hoc loco excludi altercationis concinnitate opposerunt.

excogitarunt). Iam v. 198, qui est quintus a primo versu trunco in pagina recta, post initium versus labem ostendit, ubi pro *i/anego* (sic *B*) aut *i sane et ego* cum Muellero corrigendum aut alia medela quaerenda est. Huic vero versui antecedit versiculus 197: quem etiamsi in archetypo (ut in *B*) versui 196 adiunctum fuisse sumamus, tamen hic versus non potuit non bipartitus esse. Quare si versus 217 lacunam probabiliter cum v. 197 defectu coniungimus, mirum non est quod v. 216 detrimento nihil respondet, quippe quod in vacuum spatium v. 197 inciderit. Simul autem intellegimus minus recte Ijsendijkium de totius hemistichii defectu cogitasse, quo clausulam illi loco aptissimam removere voluit.

Praeterea in eadem scaena v. 239 exitu destitutus est, quocum apprime convenit*), quod in proxima scaena v. 254 aperte initio truncatus est: qua responsione observata et Ritschelii et aliorum commenta sponte concidunt, etsi primus Ritschelius perspexit ex lacuna statuenda *danunt* quod sequitur subiecto donandum esse.

Iam qui uno interposito post hunc sequitur v. 256 item supplementum exigit, quod probabiliter invenisse mihi visus sum. Hoc etsi ita comparatum est, ut propter litterarum similitudinem intercidere potuerit, tamen cogitari potest etiam de perforatione aliqua, cui ideo nihil respondeat, quia v. 240 bipartitus fuerit: idemque cadit fortasse in v. 251, ubi suadente metro et confirmante *A* post *incluto* vocabulum supplendum erat, quod sane potuit propter terminationis similitudinem omitti in *P*, sed item potuit in pagina recta oppositum habere spatium vacuum.

Similiter res se habet in proximis exemplis, de quibus certius est iudicium, quia *A* a labe immunis remansit. Ex quibus levius est quod v. 259 *me iam* cum lacuna exhibent *CD* omissis *eretr* litteris, pro quibus *erd/* habet *B*, ex coniectura ut videtur: nam in proxima scaena v. 272 loco congruo**) etiam *B* cum *CD* exhibet *pro* pro *propero*: quod vitium quam-

*) Intercedunt decem versus longiores, ex quibus complures (veluti quattuor) bipartitos fuisse probabile est, tum (duorum versuum) titulus et versus lyrici tres (?).

**) Antecedunt duodecim versus cum titulo, qui in *A* tam saepe bipertiti sunt, ut inter ERETRIAM et PROPERO vel XXIII versus intercedant.

vis facile aliter explices, tamen propter illius loci congruentiam non librario, sed membranis imputandum erit.

Iam cum v. 622 ab initio in *P* voces *Noli flere* ⁊ *ah* et v. 623 *Vt sapiens* abscissae sint, quis dubitare poterit, quin cum hoc defectu cohaereat, quod sub finem v. 606*) *B* pro *inproelium* habet *inproe* (ex quo *impera* vocabulum iustum, sed sensu cassum, effectum in *CD*). Neque casu accidere potuit, ut Lambinus et v. 622 et v. 606 veram plenamque scripturam ex *A* confirmatam praebeat, etsi priore loco neglegentius, ut solet, de libris suis dicat, altero omnino taceat: sed certa ratione hinc concludimus membranas Turnebi, ex quibus disertis verbis nullum ad Persam adfertur testimonium, aliquid ex hac quoque fabula continuisse. Quod vero alteri versui altero loco mutilato (de quo nihil habet Lambinus), nulla respondet lacuna, variis rationibus explicari poterit, ut aut v. 605 bipartitum fuisse sumamus, aut olim recte expletum esse ab eo qui *P* recensuerit, aut denique hoc loco rescissam, non abscissam membranam fuisse. Certiore ratione declarabimus, cur solitarium sub finem eiusdem scaenae post v. 667 dimidiatum versum habeamus, qui perperam a Bothio, Ritschelio, aliis plane remotus est. Nam iusto spatio interiecto**) novam scaenam habemus, ut defectum altero loco vacuum spatium attigisse manifestum sit. Contra dubitabimus de v. 705, ubi extremas syllabas *desemtibi* unus servavit *A*, qui post viginti senarios novam scaenam indicat. Quod etsi neglegendum non est, tamen post *eripi* potuisse *desemtibi* facillime oculis aberrantibus omitti non negabimus. Nihil certe respondet apertae lacunae quam *A* cum *P* antea v. 696 monstrat: attamen illud non improbabile est cum hac ipsa lacuna cohaerere mendum in versu proximo: ubi *hau male* ex v. 593 suppletum esse sumpsi pro *commode*, quod una cum verbo sub finem v. 696 supplendo in communi archetypo obscuratum rescissumve fuerit.

Quo luculentius postremo loco commemorandum est exemplum de extrema scaena desumptum. Vbi v. 843 ab

*) In *A*, qui in hac ipsa pagina duobus versibus auctior est, inter v. 606 et 622 viginti versus intercedunt.

**) viginti versuum in *A*.

initio lacunam ante *hice* habent libri per *grap(hice)* a Lambino (ex membranis Turnebi?) propemodum recte expletam: iam iidem sub finem v. 856*) *me* praebent recte a Camerario ad *memineris* adhibitum (cui *uale* adiunximus).

Sed huius quoque folii labes latius patuisse videtur, siquidem v. 849 mancum esse iam Ritschelius recte iudicavit, quamquam praeter necessitatem et duobus locis supplementa inseruit et nimiam omnino lacunam statuit. Sufficit enim tale additamentum, quale in altera versus parte exempli gratia proposui (velut *mi abducta*) idque facile conciliari poterit cum eiusmodi supplemento, quale in v. 835 parte priore tam versus quam lingua requirit (velut *aegre est*). Sed non minus veri similiter Seyffertus lacunam v. 848 post *Licet* detexit, cui quod nihil respondere videatur quibusnam rationibus explicari possit, satis supra adumbravimus.

Denique non praetermittam locos quosdam, de quibus paulo maior est dubitatio. Atque v. 284 *attinet***) in utraque recensione diversa, sed pariter intolerabili ratione traditum Seyfferto movit iustam interpolationis suspicionem: quam si vetus lacuna procrearit, eandem olim pertinuisse ad v. 271 conicere possis, cuius exitus (seorsum olim perscriptus eodem quo exitus v. 284 membranae loco) item plane perturbatus est in utraque recensione: quamquam potuit etiam v. 284 incidere in inscriptionem ante v. 302.

Tum casui tribuendum esse vix videtur, quod *A* et sub finem v. 485 servavit syllabas in *P* abiectas et in altera parte v. 500 post *pellego* unus servavit vocabulum *recita* (vel *recito*): unde huic ipsi vocabulo (quod pro interpolatione nonnulli habent) aliquid auctoritatis accedit.

Non minus veri simile est exitum v. 568 in *P* abscissum (*uotuero*) olim in medio versu seorsum perscriptum fuisse, cum antea v. 549 *A* in medio versu vocabulo velut *audem* auctior fuerit respondente lacuna. Atque eadem ratione v. 794 defectus cum v. 817 detrimento cohaerere potest.

---

*) Intercedunt ex nostra discriptione octo versiculi ex parte dubii et novem longi, ex quibus complures bipartitos fuisse fere necessarium est.

**) Fortasse antiquae lectionis vestigium remansit in *A*, quod *aude* (*attinet*) pro *ad te* habet, si velut *anser* pro convicio olim positum fuerit.

His expositis etsi non desunt quae adici possint, tamen nolim augere praefationis ambitum. Itaque unum restat, quod esse et grave et gratum solet: ut praedicem operam adlaudabilem, probam et sapientem et sobriam, quam in hac fabula edenda mihi obtulerunt tres viri Plautinissimi. Nam praeter consuetum socii amicissimi auxilium ALFREDVS FLECKEISENVS benigne impertire voluit huic negotio partem otii, quod non modo cum dignitate summa, verum etiam cum insigni bonarum litterarum utilitate nactus est. Tum vero OSCAR SEYFFERTVS liberaliter atque ingenue opem praestitit, quam Goetzius meus aliique saepe experti sunt, bonae frugis plenam: qui et ex copiis suis apparatum correxit auxitque et dubitationes observationesque adiunxit utilissimas. Quas Fleckeiseni, Goetzii, Seyfferti sententias simplici nomine indicavi, eas sciendum est per plagulas correctas*) illos mecum communicasse: praeterea saepius Seyfferti 'censuram' commemoravi simpliciter, quam ille de Vssingio scripsit in Ephemeridibus a se Belgeroque editis a. 1887 p. 390 sqq.

Haud pauca novavi, quae multis placitura esse ut sperem, non sum satis temerarius. RITSCHELIVM nostrum scio universam conatus mei rationem non improbaturum neque aegre laturum fuisse, quod tam saepe ab eius vestigiis discedere ausus sum, quamvis in singulis rebus permulta aliter multoque melius administrasset ipse. Illud vero persuasum habeo me prorsus ex praeceptoris unici animo instituisse, quod in fronte libri WELCKERI sui memoriae immortali adiunxi eius viri nomen, quem in paucis coluit, amicum indefessum, fidum firmumque habuit, HENRICI BRUNNII.

Scripsi Heidelbergae m. Mart. a. MDCCCXCII.

F. S.

---

*) Omnes errores typothetae (quem sollertissimum diligentissimumque expertus sum) ne summa quidem diligentia evitari posse, nemo mirabitur, qui sciat vel absoluta correctura novos interdum nasci solere. Quamquam adhuc levinscula tantum animadverti, velut accentus abiectos v. 17 (Vt), 36 (Vt), 224 (Ásta), 248 (A), 639 (Íta), 660 (Ádulescens); comma adiectum v. 266, stellulam omissam ad v. 219, numerum perturbatum in testim. ad v. 346 (*6, 20 15* pro *206, 15*).

INDEX LOCORVM

arg. I 5	p. XVIII
v. 1 sq.	XXII
3	XIV adn.
18	IX adn.
18 sqq.	XIX
29 sq.	XXIII sq.
33 sqq.	XXII
47 sq.	XXIII
52 sq.	XXII
68	XXIV
87	XXIV
136 sqq.	XXI
165	XX
197	XXVI
198	XXVI
203 sqq.	XXIV
216 sq.	XXV
221 sqq.	XXV
239	XXVI
248	XVII
251	XXVI
254	XXVI
256	XXVI
259	XXVI
271	XXVIII
272	XXVI
v. 284	p. XXVIII
485	XXVIII
489 sqq.	XIX
500	XXVIII
549	XXVIII
568	XXVIII
591 sqq.	XX
605 sq.	XXVII
622 sq.	XXVII
624	XVIII sq.
627	XVIII sq.
667	XXVII
671 b	XX
696	XV. XXVII
697	XXVII
705	XXVII
710	XXI adn.
739 sqq.	XIX sq. XXI
753 sqq.	XIX
794	XXVIII
817	XXVIII
835	XXVIII
843	XXVII sq.
848	XXVIII
849	XXVIII
856	XXVIII

T·MACCI·PLAVTI

PERSA

INDEX LOCORVM

arg. I 5	p. XVIII
v. 1 sq.	XXII
3	XIV adn.
18	IX adn.
18 sqq.	XIX
29 sq.	XXIII sq.
33 sqq.	XXII
47 sq.	XXIII
52 sq.	XXII
68	XXIV
87	XXIV
136 sqq.	XXI
165	XX
197	XXVI
198	XXVI
203 sqq.	XXIV
216 sq.	XXV
221 sqq.	XXV
239	XXVI
248	XVII
251	XXVI
254	XXVI
256	XXVI
259	XXVI
271	XXVIII
272	XXVI
v. 284	p. XXVIII
485	XXVIII
489 sqq.	XIX
500	XXVIII
549	XXVIII
568	XXVIII
591 sqq.	XX
605 sq.	XXVII
622 sq.	XXVII
624	XVIII sq.
627	XVIII sq.
667	XXVII
671 b	XX
696	XV. XXVII
697	XXVII
705	XXVII
710	XXI adn.
739 sqq.	XIX sq. XXI
753 sqq.	XIX
794	XXVIII
817	XXVIII
835	XXVIII
843	XXVII sq.
848	XXVIII
849	XXVIII
856	XXVIII

ARGVMENTVM I

Profécto domino suós amores Tóxilus
Emit átque curat léno ut emittát manu:
Raptámque ui emere dé praedone uírginem
Subornáta suadet suí parasiti fília
Atque íta intricatum lúdit potans Dórdalum. 5

INCIP PERSA · ARGVMENTVM · *B.* INCIPIT PERSA · ARGVMENTVM *D.* INCIPIT PERSA *cum unius versus spatio C.* PLAVTI POETE CL^mi PERSA INCIPIT *F.* Plauti Persa *Z* 1. amor eſto ſilus *B* 2. EMittat que *B* 3. Ramptamque *C* ui emere *B.* uie emer& *B.* ui (vi *C*) emeret *ceteri* depraedone *B.* depredone *CD* (*) 4. Sub ornata *ex* Sub ornato *C.* Subornatam *Z* (*) 5. Intrichatum *B.* intrichatum *D.* inthrichatũ *C* potanſ, t *ex* r, *D* Dordalum *Camerarius.* dorpalum *BD et,* o *ex* a, *C.* dorpalium *Z.* dordalum *F* (*)

ARGVMENTVM II

TUR — RUU
UMN — MM
MAT — RCE
M — ERU — Q
FINCUNT
ANT — EREC — DŪ
RU
TA — RSI
DE — RGI
CAMUEN
ETIO — ARU

Ex laciniis, quas Persae argumentum olim continuisse additu ab eadem manu qua Pseudoli argumentum II Ritschelius docuit Parer p. 297 (cf. Loewius in praefat. Poenuli p. VI adn.), has reliquias eru Studemundus reliquos paginae versus scriptura semper vacasse testatu quamquam versum decimum quintum exspectaveris. Quas reliquias h exemplo illustrat S:

(Erús dum peregriná)tur, (se)ruu(s Tóxilus)
(Delúctatur cum aer)úmn(is i)mm(odéstia:)
(Nam suós amores quí e)mat (ei a)rgé(nto opust.)
(Defraúdat suom pro a)m(íco) eru(m Sagarísti)o.
(Lenónem ut fallant,) fíngunt (raptam uírginem)
(Subórnatamque d)ánt uerec(undam ádmo)dum
(Parasíti probi pa)rú(m parentis fíliam.)
(Fertúr tum adla)ta (e Pé)rsi(a una epístula,)
(Vnde léno illam) de uírgi(ne audit fábulam.)
(Lepidám per tri)cam uén(dit Persa uírginem)
(Et fúgit cum pr)etio. (p)áru(o post natám pater)

UA FACI
ARE PITE
TUE ENO

(Manu ádserit s)uá(m) faci(tque líberam.)
(Seruós cum praed)a ré(ci)pit e(t bene áccipit)
(Suós participes. fá)tue (l)eno (clámitat,)
(Et lúditur, quom illísce agunt conuíuium.) 15

PERSONAE

TOXILVS SERVOS
SAGARISTIO SERVOS
SATVRIO PARASITVS
SOPHOCLIDISCA ANCILLA
LEMNIS NIS MERETRIX
PAEGNIVM PVER
LVCRIS VIRGO
DORDALVS LENO

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Hanc admirit summa facinora libertas,
Servos cum proedis reddit et hosti accipit
Suos parricidas. Iam [illegible] clamitat,
Et indicat, quam illisce agunt commissum.

auibús [illegible] ıalicís, cum Antaeo déluctari máuelim
cúm An[illegible] ita fió miser quaerúndo argento mútuo: 5
ícquam nisi 'non ést' sciunt mihi réspondere quós rogo.

SAGARISTIO. TOXILVS

SAGARISTIO

eró suo seruíre uolt bene séruos seruitútem,
illum édepol multa in péctore suo cónlocare oportet,
eró placere cénseat praesénti atque apsentí suo.
néque lubenter [illegible] sátis sum ero ex sen-
téntia: 10
quási lippo oculo me [illegible] ıs manum apstinere hau
quít tamen,
ı mi ímperet, quin mé suis [illegible] gótiis praefúlciat.

TOXILVS

illic est, qui cóntra [illegible] ?

---

4. *Sic A, nisi quod* MAUELI (*n*[illegible] *parente* ⁀) ſtimphalicif *CDF.* ſtymfacilif *Seruius* anthaeo *Seruiu* [illegible] ıtheo *DF et,* t *ex* a, *C* deluctari, u *ex corr., C.* delluctari *B.* me deluctari *Seruius* ma uelim *C.* maluerim *Seruius* (*) 5. *Sic libri, sed* quaerendo *omnes* (quer. *D*) *et in fine* MV — *A* (*)

700. *'Post* Do. Quod est tibi nomen *sententiae* (*non sane litterae*) *sic satis fiat:* SA. nomen quor tu quaeritas? *Contra longe aliam ex 'uno veteri codice' Lambinus hunc inseruit:* Do. Sed scire uelimus, quod tibi nomen siet*: quem e suo cod. etiam Scaliger ascripsit. Quem*

[illegible]

702. [illegible] — [illegible]

703. Nunquibipennes *Pius* Nunquibipennes *Pylades* [illegible] Nunquibipennes [illegible] Nunquibipennes. Nunquibipennes *Camerarius* Nunquibipennes *Scriverius* *Prius* XXVII p. [illegible] [illegible] Nunquibipennes [illegible] *E. abiens* [illegible] Nunquibipennes *Pappus* [illegible] p. [illegible] *gradiens* *Lorenzi* *Prius* XXVIII p. [illegible] Nunquibipennes [illegible] Nunquibipennes. [illegible] *Pappus* [illegible] *magnique pinnae* Nunquibipennes. [illegible] *aequalis aequalis* *aequalis aequalis* *bicinis pinnis* — Argentiexterminides *Pius*. W Argentiexterminides *Pylades* [illegible] *Prius* *Annal.* *pal.* CV p. [illegible] [illegible] *E.* [illegible] *p.* 56 *sq.*. *Wesselingius* *Arch.* IV p. [illegible] *sqq.*

704. Tenebrimiscides *Palmerius* p. [illegible] Tenebrimiscides *Lipsius* *Epist. quaest.* *II* 12. — Nondescripalpenides *Pius*. Numdescripalpenides *def.* *Bothius*. Nummirrumexpalpenides *Camerarius* Nummidescripalpenides *Pareus*. *Ambrosiani* scriptura non [illegible] *titum offendit, sed omnino artem in* [illegible] *iunctis conspicuam disturbat.*

705. numquam reddipides *Pius* [illegible] numquam **postea eripides** *Pylades et iunctim Camerarius*. Numquamerypides postea *Bothius*. **Nunquam postea reddides** *Weissius*. [illegible] *placuit* Numquam eripisibisinides *immo placuit Vssingio*. Numquameripisinonides *Berglius Opusc. I p. 679*, *fortasse* Numquamposthacredhibides *cf.* Numquam cuiquamredhibides' *B*, Numquampostreddonides *Gnoch* [illegible] *dente Buchholdo de parom. p. 101 sq. Cf. Richterus in Studem Stud. I p. 476. 490. Vide praef.*

706. Heu *Spengelius T. M. P. p. 219; cf. Fleckeisenus Philol. II p. 85, Langenus 'Beitr.' p. 198, Richterus p. 510 sqq.* multimodum **scriptu est** *Bothius: cf. Baierus p. 54. al.* — *Ad v.* 708 *cf. Bentleius in Ter. Phorm. I 3, 14.*

709. Et uós: iam animus in *Bothius*. — *Ad* mihi: meus *cf. Nemeyerus p. 38 scitiusque iudicans Baierus p. 157.*

710. *Totum v.* TOXILO *continuat R una cum proximis, deleta cum A scaenae inscriptione.* DORDALVM *benigne rogantem restituit Vssingius.* — *Cf. Blasius de mod. temp. permut. p. 21 [80].*

711 sqq. illo hinc abiit *Muellerus p. 129 coll. Trin. 998; ubi vide*

Brixium. — Ad v. 712 *cf. Hermannus Opusc. VIII p. 437 et Spengelius T. M. P. p. 210 adn., ad v.* 713 *Baierus p. 96, ad v.* 714 *sq. Demelius l. s. s. II p. 214, Bechmannus 'der Kauf' p. 515, Costa 'Diritto priv. R.' p. 372 et Langenus Stud. Pl. p. 179.*

716. quid *pro* qui *Camerarius: cf. Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 28 adn.*

719. Benéficium ℛ *in edit.*, Beneficium *Opusc. phil. II p. 720 adn.* magnam *ante* gratiam *inserens.*

721. immo seruaui *Saracenus.* immo seruii *Gulielmius.* Don. immo serio *Acidalius.* imo mihi seruii, *simul* tibi ego *probans, Rostius Opusc. p. 180.* immo — sed mihi *et* numo seruii *Bothius olim.* numos erui *idem postea et, simul* tibi egon *scribens, Fleckeisenus Exerc. p. 26.* immo seruolae *dubitanter* ℛ. immo seruolo *Buggius Opusc. ad Male p. 176.* nimio sedulo *Ijsendijkius p. 43 vitiose.* immo ero meo *item vitiose Vssingius, qui olim* immo usu meo. *Per* immo sedulo *Tonilum corrigere* Tibin ego? *inconsulto editum Seyffertus putat improbata locuna. Ad sequentia cf. Goetzius l. s. s. p. 300 et Langenus Stud. Pl. p. 180.*

724 *sq.* ammoneam *scripturam 'obscurare noluit'* ℛ*: cf. Dorschius de assimil. p. 22. — Novam scaenam quinque versiculis 725—729 comprehensam discripsit Bothius: neque dubium est quin versus in A post v.* 725 *scriptura vacans novae scaenae indicio sit, non tamen a v. 726 sed a 725 ordiendae iudice* ℛ. *At cf. Spengelius l. s. s. p. 265 adn., 285 et Baierus p. 115 sq., 128. Neque tamen recte Baierus duce Goetzio v.* 727, 730 *pro parallelis v.* 728. 729 *habuit.*

726. uolcisci *suasit Kochius Annal. phil. CI p. 284: cf. Klotzius p. 116, al.*

727—730. *Cf. ad v. 467 sqq., 721, 724 sq.* — ac (*pro et*) tace *Seyffertus coll. Bacch. 169, Rud. 1062, 1153. Cf. Lochius de imper. p. 25.* — e conspectu. tace, Vbi ... conloqui *Ijsendijkius p. 73, dein v.* 730 [*falso A. Mai testimonio olim collocatum in fine insequentis scaenae: unde* Tu *pro* Tunc *Bothius*] *subiciens versui* 729 *Toxili pers. praesc. — Insequentis scaenae inscriptioni* Satvrio *add.* ℛ *post v. 737 superiorem scaenam cum A continuans.*

731. Concidi *Lambinus in adn. — Cf. Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 25.*

733 *sq.* ego hodie tibi ‖ Bona inuita (*vel* Bona inuito) *Scaliger.* ego tibi bonam ‖ Vitam hodie *Hermannus Opusc. VIII p. 440: atque ita* ℛ *miro iudicio adnotans se 'ne* effeci *quidem' ex A suscipere voluisse. At cf. Spengelius T. M. P. p. 210 adn., Muellerus Pros. p. 91. 516 adn. et 'Nachtr.' p. 10 sq., Luchsius in Studem. Stud. I p. 15, Brixius Annal. phil. CXV p. 334 sq., Niemeyerus p. 35 sq., Baierus p. 156. 178, Klotzius p. 244.*

736. Pol istuc quidem iam ego omne *Acidalius.* Istuc quidem pol ego omne *Guyetus. — De nova scaena cf. ad v. 727 sqq. et vide Baierum p. 114.*

740. Pessa *Scaliger 'ut Sassina: Sarsina, Assum: Arsum'. Cf. Richterus in Studem. Stud. I p. 461. Etiam CGL. IV p. 142, 10 G.* persum *formam ex sequentibus demum obscuratam esse monet Goetzius.* — meust *pro* meus est ℛ.

746. Do. sed ego — Sa. in ius uoco *Bothius.* ted ego in ius uoco *Lambinus, Vssingius: qui debebant saltem* ego ted. *Quamquam saepius* sed *adhibetur, ubi aliquis redeat ad dictum: cf. v. 536, al.*

747. Non *pro* Nonne *Spengelius de partic.* NONNE *p. 4 Muellerusque 'Nachtr.' p. 63: idemque* Tua *pro* Tuan. *Cf. Schraderus de* -NE *partic. p. 44 [298] et 17 [271].*

750. Non sino *pro* Nolo *Muellerus 'Nachtr.' p. 105 (alia Pros. p. 663).* — Audi, audi **B**. — sum surdus *Pylades. Cf. Spengelius T. M. P. p. 199, Darnmannus p. 31, Klotzius p. 116, al.* — *Ad* ambula *cf. Langenus 'Beitr.' p. 203 sq.*

751. Do. Scelesta *def. Lipsius Epist. quaest. I 4.* — faeles *probat Georges 'Lat. Wortf.' recipiente Sonnenscheinio ad Rud. 748: quode cautius scitiusque iudicabat Brambachius.*

753 *sqq. 'Metrorum discriptio satis plena dubitationis. Interim trochaicos octonarios feci v. 753—756. 760—763. 765—770; anapaesticos septenarios 764. 771—773, octonarium 757; iambicos septenarios 774—777; compositos e cretico tetrametro et anapaestico paroemiaco cum Hermanno Elem. p. 215 v. 758. 759. Idem tamen non ignoro de versibus potissimum 756. (762.) 763. 765. 766. 769. 770 dubitari posse, num anapaestici sint potius, de v. 757. 771. 773, num trochaici. Trochaicos usque ad v. 762 continuabat Reizius, tacens de ceteris' B. Anapaestos duce Hermanno Elem. p. 415 continuarunt Studemundus de cant. p. 66, Muellerus Pros. p. 99. 419, Spengelius 'Ref.' p. 155 sq. 389 sq., Klotzius p. 493 adn., al. Cf. quae ad singulos versus adnotamus.*

753. *Dubitationes de hoc v. movet Langenus 'Beitr.' p. 106. Cf. Klotzius p. 289.*

754. gésta exércitu íntegro *Brixius Qu. p. 42.* gésta | íntegro ĕxércitu **B**. gestá intégrŏ exércitu *vel* intégro ĕxercítu *Klotzius p. 77. 383: quo improbato* intégro et exercitu *Spengelius.* gesta íntegro toto exercitu *Muellerus.*

755. Cúm bene, Iupitér *Bothius.* Quóm nos, Iuppitér **B** *improbante Spengelio T. M. P. p. 104, Luebberto Stud. gramm. II p. 102. 241 sq., Muellero p. 410, Klotzio p. 60, al. Cf. Merc. 865.* Quóm bene nos, Iouis *Buechelerus Mus. Rhen. XV p. 444 sq.* — adiuuisti *Reizius. Mira Palmerius p. 878.*

756. Ea uobis grates habeo *Camerarius.* Ĕa re uobis grátis habeo **B**. Has uobis g. h. *Brixius in progr. Lignit. a. 1862 p. 9: at cf. Langenus 'Beitr.' p. 13 Bachiusque in Studem. Stud. II p. 366.* — qui *pro* quia **B** *obloquente Brixio ad Men. 133.* — inimicum sum ultus **B** *addens:* 'sum ultus meum inimicum *cum anapaesticis numeris non repugnet, tamen in trochaico versu non minus durum sit quam* qui próbe sum ultús inimicum *vel* qui sum últus próbe inimicum'.

757. 'diuidam *bisyllabum in anapaestico. Asperior sit* et *particulae correptio in trochaico tali:* Núnc ob eam rem intér participes praédam diuidam et párticipabo. *Ceterum* diuido *Reizius' B.* diuídăm *Spengelius. Cf. Goetzius Mus. Rhen. XXX p. 163, Buchholdus de parom. p. 98.*

758 *sq. Cum Hermanno faciunt Studemundus de cant. p. 5. 62, Muellerus, Spengelius, alii.* — I foras *Hermannus: aut sic aut* Ite uos *Spengelius 'Ref.' p. 118. Cf. Klotzius p. 64. 75.* — ⟨Hos⟩ meos *Reizius: qui cum creticos numeros recte indagasset, cetera sic disponebat:* Hós

meos párticipés bene accípere *et* Híc statuí uolo prímum aquilâm mihi. — accipere ⟨ego⟩ *Bothius.* — aquilam mihi *Pylades: quod deleri voluit Lambinus, ambigue inter aquilam (militarem)* et *aquulam accipi Lipsius Elect. I 4 (similiter Meursius), cum* aqula *'in vetusta lectione' esse (alibi* aquale) *Pius dixerit.* aquulam mihi *Acidalius.* aliquam *post Palmerium Hermannus,* aquolam ℞ *sine* mihi *(quod post* fiant *in fine proximi posuerat Camerarius, certatim correctus a Meursio, Palmerio p. 877, Lipsio, Acidalio). Cf. Stuckius Ant. conviv. c. VI.* aliquid mi *Vssingius: quod miror probasse censorem 'phil. Anz.' XVII p. 163, cum et ieiunum nimis sit et male efficiat versum acatalectum (alioqui possis* calicem). *Ad 'hirneam' potius ducit* aquilam*: cf. Marquardtus 'Privatleben d. R.' p. 658 sq.*

760. Inde *Palmerius, Acidalius,* ℞ *cum graviore post v. 759 distinctione: cf. Prol. Trin. p. CXXXII, Spengelius T. M. P. p. 80 et 'Ref.' p. 156 sq., Klotzius p. 293 adn., Buchholdus de parom. p. 104 (troch., non anap., probans), al.* — lubentis *Gulielmius Verisim. I 8, Dousa,* ℞. *At cf. Stich. 696 sq., al.*

761. haéc, facília fáctu fácta *sine* mihi *Reizius.* haéc mihi fácila fáctu fácta ℞ *addens: 'non incommode huc ascisces* facilia *illud, quo pes dactylicus fit in hexametris tituli Mummiani Reatini': cf. Opusc. phil. II p. 777, IV p. 98 adn. et 106 sq.* mihi facilía facta haéc *Muellerus Pros. p. 13. 99 probante Spengelio Klotzioque p. 283. 293. — De conficere cogitabat Bothius.*

762. Nam ínprobust ℞. — benficium *Fleckeisenus.* — scit sumere, set *Reizius.* sumere scit et *Bothius. Cf. Muellerus Pros. p. 24.*

763. Tóxile mí, ego cúr ℞ *libros 'ad anapaesticos numeros redi'* mi cur ego *habere adnotans: cf. Kaempfius de pron. p. 40, al.* — cur tu autem *etiam Brixius Quaest. p. 32.* — cur tu sine med es *Guyetus.* — 'agidum *(B, ut supra) non esse nihili, ex eis intellegetur quae Musei phil. n. VIII p. 159 disputata sunt'* ℞*: cf. Opusc. phil. II p. 563. 567 sqq.*

764 *sq.* ad me adamplectere fíf *(nisi quid vitii subest) 'libri vet.' Lambini, 'quos secutus'* atque amplectere *exhibet. De* amplectari *ex Prisciano cogitat Meursius Exerc. cr. I p. 261.* mea, ad me, amplectere sis ℞ *addens* ad me atque *sine* mea *ad numeros non minus commode scribi, sed licere etiam* mea, atque amplectere sis. *Pessime Muellerus p. 404. Cf. Fergerus de vocat. p. 19 recte post alios* mea *improbans.* — hoc *cum B om.* ℞ *'quo admisso octonarius prodit pro septenario. V.* 765 *et* 766 *nulla littera mutata anapaesticos dimetiare: pariter atque 769. 770.'* — *V.* 766 Tox. *praem. Acidalius dein* Lem. *pro* Tox. *corr. Ibidem* a me *del. Weisius* age age age *servans.*

767. Ságaristío ăccumbe *Spengelius (cf. 'Ref.' p. 323 sq.) Klotziusque p. 78. 283 praeeunte Muellero p. 99 (sed* in summo accumbe *in adn.), qui p. 419 adn.* Sagarĭstio *exhibet mire spreto* Ságaristjo accumbe *(sic olim Spengelius T. M. P. p. 113): cf. ad v. 772.* — partem quam *prob. Lambinus Boxhorniusque,* parem quam *cum parte codicum Lambini Acidalius,* par, quam *Palmerius profectus a* partam *in libro Sambuci. Cf. Goellerus ad Trucul. p. 154.* — pepegi *formam falso ex CD notatam 'fortasse antiquiorem' habebat* ℞.

768. témperĭ *bis* ℞ *(sed cf. ad v. 764 sq.), ubi* temperi *Muellerus,* tempri *Sonnenburgius,* tĕmperi *Christius 'Metr.'² p. 246,* tempéri

Spengelius Klotziusque p. 59. — 'hoc *etsi* potest *pro* huc esse *ut IV 4, 55,* hoc age accumbe *ut iungantur, tamen praestat Bothiana distinctio* hoc age: accumbe. *Ceterum quaeri potest, num forte de composito e cretticis anapaesticisque numeris verso (ut 758. 759) tali cogitandum sit:* Témperi: Istúc mihi témperi sérost: — hoc âge: accumbe: hunc diem suúem: *quanquam offensioni est cretticorum cataleris'* B. *Ceterum catal.* admisso hŏc age: ăccumbe *Muellerus,* hoc âge ăccumbe *Spengelius praeferebant: idemque v. 669* manibús ăpponíte *def.* (ponite *Muellerus*). — *Cf. Klotzius p. 288. 290 adn.*

770 *sqq. Cf. ad v. 764 sq.* — sic eris *pro* hic eris *Dousa.* — ab summo *probant Langenus 'Beitr.' p. 332 Studemundusque de Vidul.*[2] *p. 64: quae verba docent coll. v. 767 proxima non* TOXILI *esse (cui etiam Vssingius reddidit probante censore 'phil. Anz.' XVII p. 163), sed* SAGARISTIONIS. — 'hos committe *qui transposuerit, trochaicum efficiet'* B: *transposuerat Bothius (cf. Crainius Stud. Pl. p. 2).* — Mone manús *mire Christius 'metr. Bem.' p. 82 et 'Metr.'*[2] *p. 246 et Mus. Rhen. XXIII p. 579.* — propere. tarde cyathos, Paegnium *Bothius. Ceterum* Paegnĭúm *pro* Paegniúm (*sic Christius Spengeliusque cum* B, *al.*) *Klotzius p. 60: cf. ad v. 767.* — amicae meae *trai. Camerarius, cui* bene omnibus nobis *ex v. 775 adiunxit Bothius.* — bene nobis *v. 773 deleta in v. 776 collocans,* mi hic *traiciens et* poclum *corrigens cum Guyeto (ubi* 'hic mihi *servabit, qui trochaicum facere volet': cf. Kaempfius de pron. p. 28),* me liberam *item traiciens (quae del. Guyetus,* me *cum Dousa), denique* est *post* opera *et* dare *post* amanti *et* mecum *post* gaudet *addens sic haec constituit* B (*improbata ratione qua Fleckeisenus Philol. II p. 113 duce Bothio proposuerat* Hŏc mea manus ⟨nunc⟩ póclum donat táae ut amantem décet amanti):

Bene míhi, bene méae amicae. óptatus mi hic diés datus hodiest áb dis,
Quia té licet me líberam amplécti. LEM. Tua factum óperast.
Bene ómnibus nobis. hŏc mea manús tuae poclum dônat,
Vt amántem amanti ⟨dáre⟩ decet. TO. Cedo. LE. Accipe. TO. Bene uóbis:
Bene éi qui inuidét mihi et eí qui hoc gaudet ⟨mécum⟩.

V. 773 sq. sic Muellerus p. 117. 410. 419 (trai. hodie *et corr.* factumst):

Bene míhi, bene uobis, béne meae amicae. optátus hĭc mihi dies dâtust ab dis,
Quia té licĕt líberăm me ámplecti | hodié. L. Tua factumst ópera.

Totum autem locum sic Spengelius 'Ref.' p. 158 adn., 390 (del. bene uobis *et* amantem(!) *et dubitans de* cedo):

Bene míhi! bene meae amicae! óptatus hic míhi dies datus hodiést ab dis,
Quia té licĕt liberăm me ámplecti. ⟦ Tua fáctum opera. ⟦ Bene ŏmníbus nobis!
Hoc méa manus tuae poclúm (*vel* pocúlŭm) donat, ut amántem decĕt. ⟦ Cedo. ⟦ Ăccípe. ⟦ Bene ĕi,
Qui inuídĕt mi, et ĕi, qui hoc gaúdet.

Servato bene uobis *in fine v.* 773 dies datus hic mi *scr. Vssingius, dein* Hodie ... opera, Bene ... decet (*del.* amanti!) *pro octon. et* Cedo .... gaudet (*add.* gaudio) *pro septen. anap. venditans (ubi* Bene omnibus

uobis *et — cum Weisio* — Cedo *et* Bene....gaudet *Toxilo dat,* Hoc.... decet *Lemniseleni, cum Bothius* Cedo *post* Accipe *traiectum Toxilo tribuerit*). *Ceterum* hoc gaudio gaudet (gaudet gaudio *Bothius*) *merito improbans* hoc gaudi gaudet *suadet Kretschmerus Qu. Pl. p. 21. Extrema Klotzius* (*v.* 773 *cum Muellero faciens, ut vid.: cf. p. 78*) *p. 493 sq. adn.* (*del.* ei *et* ei) *sic:* pocúlum donat, ut amantem ‖ Amánti decet. ‖ Cedo. ‖ Accipe ‖ Bene qui ínuidět mi et qui hoc gaudet. *Vbi* ei qui inuidet *quod Toxilum dicere crediderunt de Sagaristione* (*cum Valla*), *plane excludit* et ei *oppositum: unde omnino sibi invidere velle sumendum sit* (*quamquam valde ab invidia cavebant metuebantque veteres*). *Qua sententia* nil *insertum improbans simulque* meae *v.* 773 *vindicans et* amantem amanti *eidem versiculo adhibens Seyffertus hanc commendat discriptionem* (*in personis mecum faciens, nisi quod bis propinantem faci Toxilum*):

Bene mí, bene uobis. To. Béne meae
Amícae: optatus híc mihi
Diés datus hodiest áb dis,
Quia té licet liberam me ámplecti.
Le. Tua fáctum opera.
To. Bene ómnibus nobis. hóc mea
Manús tuae donat póculum,
Vt amántem amanti décět. Le. Cedo.
To. Accípe. Le. Bene ei qui ínuidet
Mi et eí qui hoc gaudet.

778. '*Initium scaenae ab anapaesticis numeris fieri certum ab trochaicos Reizius discripsit*' **R**. *Cf. Hermannus Elem. d. m. p. 412, Studemundus de cant. p. 53. 85, Spengelius T. M. P. p. 128. 269, Klotzius p. 494 adn., al.* — qui erunt *interim servabat* **R** (*item Langius Stud. Pl. p. 61, al.*). qui erant *Lachmannus recipiente Klotzio p. 134.* quique erunt *Weisius.* homines *Guyetus. Fuerunt qui delerent teste Grutero.* 'quot erunt *novi cui placeret. Olim de transpositione tali cogitabam:* Qui súnt quique fuerúnt, qui erunt quiqué futuri sunt pósthac. *Fortasse tamen ad Bacch. 1087 similitudinem emendandus versus*' **R**. *Hoc Studemundus probabat de Vidul.*[2] *p. 54: contra totum v. una cum proximo del. Ijsendijkius ut translatos ex Bacch. 1087. 1088. At potius* miseri *corrigendum erat confirmante Bacch. v. 1088.*

779. *Cf. ad v. 778.* — ⟨Is⟩ solus ego *Spengelius 'Ref.' p. 326 adn., vitiose* (*et* facilé miserrúmus). — '*Pro* omnibus *nescio an* omnis *unus Plautinus postulet*' **R**. *At cf. Peinius de dat. p. 25 sq.* — *Ante* facile *dist. Gruterus, post* facile *Camerarius,* **R**. — facile ántideo [*sic iam Weisius*] miseríssimus hominum *Bergkius Opusc. I p. 114 obloquente Studemundo.* antídeo, hominum facilé miserrumus **S**. *Cf. Christius 'Metr.'*[2] *p. 265, Klotzius p. 283.*

780. hic dies mihi *Guyetus.* mi hic dies *Lachmannus catalecticum efficiens: at cf. ad v. 773 et vide Buchholdum de parom. p. 108 sq. Klotziumque p. 284. 442* (*ibidem et p. 286. 296 de v.* 781).

782. Verriculum *Pistoris, Acidalius, alii: at vide Graupnerum de metaph. p. 22 Ottonemque de proverb. R. p. 282 et adde* ἀμαξιαῖα γράμματα. — amisi *glossema recte delent Acidalius, Reizius,* **R**: *male servant Studemundus de cant. p. 53, Klotzius p. 198. 442.* — neque quam ob

rem eieci iam ℞ '*nisi* neque illuc quam ob rem eieci *malueris*'. *Illud probat Langenus Annal. phil. CXXIII p. 692* (*sed* iam id), *hoc Vssingius* (*sed* illud). neque rem quam ob rem eieci *Spengelius* '*Ref.*' *p. 390.* neque nunc quam ob rem eieci *Goetzius. Trochaicam mensuram commendat Ijsendijkius p. 45. Cf. Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 27 eiecto* amisi *cum hiatu* neque quám ob rem eieci — hábeo *suadens, ratione hodie multis probata.*

783. illam Persam '*alibi legi*' *Pius dicit.* — omnis etiam *trai. Spengelius p. 390.* — omnis Persidas *Ijsendijkius p. 45* (*cf. ad v. 782*).

784. ita misera *Pistoris.* ita misero miser ℬ. — haec haec mihi *Buchholdus l. s. s., qui potuit saltem* haec mihi male. *Cf. Klotzius p. 284.*

785. '*Hinc demum incipiunt trochaici numeri*' ℞. *Anapaestos continuant Muellerus p. 38. 111, Spengelius* '*Ref.*' *p. 158 sq., alii. De v.* 785 *sq. consentit Buchholdus, dein mutans.* — Qui ei fidem *Scaliger.* Quía fidem ei *Guyetus, Reizius, Hermannus in Iahni Annal. phil. nov. t. XXXV p. 191.* — mi has *pro* mihi eas *Bothius.* — machinăs *Muellerus p. 413, Spengelius, Klotzius p. 60 improbante Christio* '*metr. Bem.*' *p. 81.* macnas *dubitanter Sonnenburgius. Cf. ad v. 845.*

786. ut non *del. Weisius.* hominem *pro* non ℞ (*praeeunte* pol hominem non *Guyeto*), *cui Bacch. 1184 opponit Spengelius redintegrata Bothii ratione. An praestat interrogatio* (*cf. Truc. 441, Poen. 429*)? — in cruciatum ac compedis *Bothius.* in cruciatum, in compedis *Reizius, Fleckeisenus Philol. II p. 90.* — compedĕs *Muellerus, Spengelius, Christius* '*Metr.*'[2] *p. 246, Klotzius.* cŏmpedes *Sonnenburgius.*

787. Si equidem huc *Spengelius* '*Ref.*' *p. 391: cf. T. M. P. p. 76, Muellerus p. 420, al.* — rédierit eius ℞. rediérit eius *Muellerus, Spengelius.* redierit *Bothius* (*postea* eius *traiciens post* spero). *Graviore transpositione* eius érus, quod spero, redierit *Fleckeisenus. Cf. Brandtius de genet. p. 54, Klotzius p. 284.*

788. Hóc ⟨sis⟩ uide quae fábula haec est? pól hic quidem potánt. adgrediar *Fleckeisenus: ubi servatis reliquis* adgredibor ℞ *ut v. 15. At cf. Brixius ad Mil. 926 Luchsiusque comment. prosod. II p. 7 sq.*

789 *sq. Ducibus BCD sic haec distribuit Seyffertus dubitanter:* Le. O bone uir ‖ Saluéto. Do. Et tu bona líberta. Le. Dordálus hic quidemst: quin iúbe adire. ‖ *Nam quod etiam post* uir *spatium habent CD, ad metricam distributionem pertinet* (*item spat. v. 785 sq., 758, al*). *Atque verba* quin iube adire *continuari poterant* Lemniseleni (*sic etiam Vssingius*): *at vix eidem tribuerim* O bone uir Salueto *et propter sequentia verba* (*ubi agnoscere demum lenonem videtur*) *et propter allocutionis ipsius ironiam apertam ab illa alienam.* Bóne uir salue et bóna líberta. To. Dórdalus hic quidem est. Sa. Quín iube adire *Bothius olim: pro quo bacchiacum cum cretico concinnavit* ℞: O bóne uir, salucto [*emendatod Nov. exc. I p. 102*]: et tú bona libérta. ‖ To. Dórdalus (*pro cretico ut* '*Chrysalus*' *Bacch. 1112*) híc quidemst. Sa. Quín iube eum adire [*unde versum bipartitum retinui praeter necessitatem, non praeter rationem*]. *De utroque versu consentiebat Christius* '*Metr.*'[2] *p. 420, de viere olim Seyffertus de bacch. 16. 30 et Spengelius T. M. P. p. 200: de bacchio-iamb. sine hiatu effecerit Winterus de cant. p. 23, v.* 790 *olim* Dórdalust híc quidem. ‖ Quín iube adire *Spengelius de cret. p. 19. 41* (*cf. Studemundus de cant. p. 18*), *permiram autem perversamque mensuram*

Brixius Annal. phil. CI p. 764. At cf. Muellerus p. 90, Spengelius 'Ref.' p. 46. 105. 121. 206. 266 adn. 267. 326. — quin iubes *Dousa.*

791. age adplaudamus ℟, *Reizius* (*cf. Richterus in Studem. Stud. I p. 518 adn.*). — *Cf. Spengelius p. 320, Klotzius p. 284.*

792. fér aquam pedibus. praében (*servato* tuus est *et del.* tu) *cum Guyeto Bothius olim, cum Bothio* ℟ *itemque, sed* accumbé | fer aquám (*vel* ferte áquam) *Muellerus Pros. p. 90 Spengeliusque* (*cf. p. 326*). ferte aquam. praeben tu (*del.* pedibus: *pro quo* manibus *P. Ciacconius 'de triclin.' improbante Scaligero 'de emendat. temp.' VI*) *Reizius itemque Schraderus de* -NE *partic. p. 22 [216] Vssingiusque, non intellegentes poetam 'pedes' pro 'manibus' inferre* (*cf. Pseud. 841 sqq., sim.*): *quis vero interpolasset?*

794. *Ad* tibi ego *cf. Mahlerus de pron. p. 52.* — hoc *post* oculum *trai.* ℟ (*praeterea* cyathod *suadens Nov. exc. I p. 76*), *ubi iterabat olim Spengelius refutante Studemundo Annal. phil. XCIII p. 60.* dextrum *ante* oculum *suppl. Reizius,* lippum *Brixius ad Men. 160* (*praeeunte* lippum illum tuum excutiam oculum *Guyeto*), *cum in fine v. vehi* ℟ uiuo *addat Muellerus,* si feries *Spengelius p. 160.* tuum oculum *de uno tantum dici observans* (*cf. Mil. 1306 sq.*) *Seyffertus ex hoc loco fortasse effici posse putat* *unoculum fuisse lenonem supplens* tuum, lusce, unum *vel* quod habes unum. *Vide praef.* — *Mox de* crux stimulorum, tritor compedum, ut me h. u. *'somniabat' Gruterus.*

796. de Persa *del. Reizius.* — adlita est *'veterem lectionem' Fus dicit.* addítăst *triplici vitio def. Klotzius p. 77. 284. 406 et Ann. phil. CXLIII a. 1891 p. 843.*

797 *sqq. Sic disposuit Hermannus Elem. p. 215* (est *pro* esse licet) *inferens et* te istaec *traiciens et v.* 801 cor *delens cum Bothio Reizioque*:

To. Iúrgium hinc aúferas,
Sí sapias. Do. at bóna liberta, haec scíuisti et me célanisti?
Le. Stúltitia est, cuí bene est,
Éum praeuorti lítibus: postérius te istaec mágis par agere est.
Do. Vritur cór mihi.
To. Da ílli cantharum: éxstingue ignem, si úritur, capút ne ardescat.

Hermannum secutus est ℟ *in v.* 797 *sq. et* 801 (*sed* Dá illi), *quamquam de illis quoque dubitans num probabilius sic conformentur cum Bothio 'deletis glossematis'*: Iúrgium auferás [*sic iam Guyetus*], si sapias. Do. át bona liberta, haéc sciuisti? *Dein pergit* (*corr.* liceat *et trai.* *cum Bothio* cor mihi uritur, *ubi* mi uritur cor *catalectice Guyetus* [*del.* magis, *mox* si uritur cor *trai.*]. cor uritur mi *Reizius*):

Stúltitiast, quoi béne esse liceat, eúm praeuorti lítibus.
Postérius istaec té magis par ágerest. Do. cor mihi úritur.

Sed in adn. v. 799 *iambicum, ut proximum, effecit trai.* licet bene esse. *Cum* ℟ *facit Brixius in litteris ad Fleckeisenum datis* (*nisi quod v.* 800 *sq. suadet:* Postérius istaec | te mágis par agerest ‖ Vritur cór mihi ‖ Dá illi cantharum, éxtingue ígnem si úritur cor, cápůt ne ardescat) *itemque Spengelius 'Ref.' p. 63. 160* (*nisi quod* urit cor mihi *et* si cor urit *scribit* [*olim* urtur *T. M. P. p. 105: cf. 82*]) *atque Berghius Opusc. I p. 679* (*qui v.* 799 *iambicum praefert et v.* 801 *de* [illegible] *admisso* canthárum ĕxtingue *cogitat*). *Non uno nomine vitiosa* [illegible]

Studemundus commendasset de cant. p. 14 (*vitiosiora Ijsendijkius p. 45 sq.*), *anapaestos effecit Muellerus p. 57. 63. 92. 419 non sine dubitationibus corr.* at ⟨tu⟩ *vel* haec⟨ine⟩ *et* cela[ui]sti *et* te magis istaec *vel* istaec posterius *et* si cor ⟨ei⟩, *admisso* Iŭrgium hínc aŭférás *et* ŭritúr *et* cănthárum (*sed praeferens* Da cántharum illi)! *A quo in singulis tantum discedunt Sonnenburgius et Klotzius p. 284. 288. 296. 406* Iurgíum hĭnc aufĕrăs *et* canthárum ĕxtingue *praeferens magisque dispescens versiculos* (*vel* Vrítur cor míhi ‖ Da illi .... si ‖ Cor úritur c. n. a.). *Cf. Christius 'Metr.'² p. 245. 405* (*adde Mus. Rhen. XXIII p. 565. 567*). — *V.* 799a *duritiem proceleusmatici trai.* quoi esse licet bene *evitari Seyffertus monet.* — *V.* 802 *trim. cret.* Lúdos me fácitis, intéllego *dubitanter def. Spengelius de cret. p. 33* (*cf. p. 26*) *et 'Ref.' p. 76. 391, Christius 'Metr.'² p. 406, al.: e quo iterato* intellego *Bothius, addito* To. Dignus es ℟ *tetrametrum fecerunt. Ceterum post v.* 802 *dubitanter v.* 811 *collocabat Ladewigius Philol. XVII p. 473, mox v.* 816. 817 *post v.* 810 *collocans ac de lacunis minoribus post v.* 804 *et* 812 *et* 849 *cogitans.*

805 *sq.* To. Quin elude *Camerarius* (*et dein* To. Hui: *corr. Acidalius, Pistoris*). Quin delude *Langenus 'Beitr.' p. 17.* Elude *Vssingius* (*antea* dari? Paegnium, *distinguens*). — hic *post* quando *trai. Guyetus et Bothius, del. idem Bothius postea et* ℟ *Spengeliusque, illi post* Quín elude .... locust *extra versum ponentes* Pa. Hui! *hic per* Quin lúde .... locúst. ‖ Hui *tetram. bacch. efficiens. Cf. Richterus p. 422. 581 aut* Huí! babae *cum Acidalio, Vssingio, aliis* Toxilo *continuans aut* Sa. Hui! To. babae *probans, sed etiam de corrigendo* Hahahae *cogitans.* Hui *del. Guyetus, pro quo* Eu *Hirthius de interi. p. 11 sq.* — *De v.* 806 *cf. Studemundus de cant. p. 33, Klotzius p. 198.*

808. Lenonem *del. Spengelius 'Ref.' p. 391. Tetram. bacch. catal. cum F def. Seyffertus de bacch. p. 37 et Leo Mus. Rhen. XL p. 171.* quom dignus est *Bothius.* quando dignus sanest (*et antea* nunc *pro* hunc) *Guyetus.* probe, quando dignust ℟.

809. *Hunc v. itemque v.* 811 *et* 812 *e binis dimetris catalecticis coll. Bacch. 660 sq. composuit* ℟ *duce Hermanno Elem. d. m. p. 291, nisi forte ex horum societate v.* 809 *eximendus sit et sic supplendus:* Perge út coeperás ‖ Hem, hoc [hem *Acidalius*] léno tibí. *Cf. Leo l. c. et Seyffertus de bacch. p. 41 secusque iudicantes Studemundus de cant. p. 40 Spengeliusque T. M. P. p. 140. 152 et 'Ref.' p. 256.*

810. tibi plaustrum perculit *Saracenus.* — probe *pro* prope *Bothius.* — Hem ℟, *ubi* em *vindicarunt Brixius in progr. Lignit. a. 1862 p. 19, Bibbeckius de partic. p. 32, Richterus p. 492. 495.* — seruo *Acidalius: contra quem dixit Fleckeisenus Exerc. p. 22.*

811 *sq. Cf. ad v. 802 et 809.* — *Dim. iamb. cum Spengelio probat Muellerus p. 63 admisso* lúbet erus *proceleusmatico: sed* delube *ad* de *ube revocandum.* — Videsne *Hermannus, Leo improbante Beckero in Studem. Stud. I p. 273* (*cf. Schraderus de* -ne *partic. p. 21 [275]*). Viden tu ut ℟ *improbante Fuhrmanno Annal. phil. CV p. 817 adn.*

815. suspende te *servat Seyffertus de bacch. p. 19. 23. Cf. Spengelius 'Ref.' p. 270 sq., Klotzius p. 218. 301. 485.*

816. *Cf. ad v. 802.* — *Male* Caués is me attíngas, ne tíbi hŏc scibíbne *Klotzius p. 65: cf. Spengelius 'Ref.' p. 201.*

817. dem: ut aere te *Saracenus*. dem. PA. te *Pylades*. dem. PA. utere. te *Camerarius, Studemundus de cant. p. 48*. dem. PA. iam utere eo: te ℞. dem. PA. utere (*del.* te) *Spengelius 'Ref.' p. 283: at cf. Bacch. 1143. Rud. 1368, al.* dem. PA. utere tu eo: te *Vssingius: ubi vocem dactylicam in bacchio ferri non posse monuit Seyffertus de* ipse (*vel* ultro) utere id: te *cogitans. Possis* tute habe: te. *Vide praef.* — restim *vel* resti *post* condono *add. Bergkius Opusc. I p. 679 praeter formulae rationem.*

818. Iam iam da pausam, Paegnium * * * *Guyetus. Post* pausam *'exempli causa'* parce mísero *suppl.* ℞, *pro lacuna accipiens (pers.?) spatium in CD. Troch. dim. acatal. cum Weisio praeferebant Seyffertus de bacch. p. 27 et Studemundus de cant. p. 48 insequentium praenuntium. At rectius Spengelius paroemiacum praecedentium clausulam significat.*

819. Ille qui supera nós habet *Palmerus 'Journ. of phil.' XVI (1887) p. 38 non modo praeter necessitatem, sed etiam praeter probabilitatem (cf. ad Curc. 477).*

821. *De* libere *cogitabat Scaliger, de* puere *Dousa; cf. Palmerius Spicil. p. 742.*

824. *PAEGNIO tribuit cum Camerario ceterisque* ℞ *neglecto Dh.* — salticulum *Valla refutante Saraceno.* — dem *pro* olim *Pylades, aut* olim *Acidalius, Palmerius p. 877 refut. Lambino Bothioque. Cf. Turnebus Advers. XVII 10, XVIII 4.* — *V.* 825 tibi si *trai. Fleckeisenus.*

826. olim quem Diodorus ℞ *obloquente Koehlero de septen. troch. p. 5. 10.*

827. SA. etiam mutis *Camerarius,* ℞.

829. Iam *del.* ℞ *probante Richtero p. 458 sq. addens* 'atque *aequare pyrrhichium videtur', pro quo* aeque *Scaliger,* at *Reizius (dein* admutilasti *corr.) Bothiusque,* an *vel* ac *Spengelius T. M. P. p. 78 atque* ebo an *pro* hercle atque *Muellerus 'Nachtr.' p. 40 (cf. Pros. p. 294) improbante Richtero.* atque tu *del. Guyetus.*

830. eius hic geminust *vel* hic est eius *Brandtius de genet. p. 54 (cf. Luchsius in Studem. Stud. I p. 346).* — hiccine (*del.* est) *Guyetus, Bothius. Cf. Spengelius T. M. P. p. 108 adn., Studemundus Annal. phil. CXIII p. 70, Palmerus 'Class. review' III (a. 1889) p. 75.* — *V.* 831 Qui te perduint *Guyetus.*

832. Nam égo ℞: *cf. Muellerus p. 662.* — enim, illic quod meruit *Bothius.*

833. SAG. *praescr. Vssingius (et* To. nisi). — Agite sultis (*del.* hunc) *Bothius,* Age sultis hunc *Bothius postea, item* ℞ *addens 'fortasse vere' traiecisse Guyetum: quod vindicarunt Muellerus p. 52, Brixius Annal. phil. CI p. 771, al.* — nisi non dignust. SA. non opust *Camerarius itemque, sed* nunc opust *Guyetus.* nisi si indignum est (*postea* nisi non est dignus). SA. nunc opust *Bothius.*

834. est *del. Bothius (dein* quia ne *et* inconciliauit *cum Camerario)* eo ℞, non *Weisius: aut hoc aut* eo *et* quia *Vssingius.* — quia haud me inconciliauit te ementem *Guyetus. Cf. Langenus 'Beitr.' p. 182 et Lorenzius ad Mostell. 613.*

835. LE. Attamen. To. non tamen. caue *Pylades, Acidalius.* LE. Attamen — To. non attamen: caue *Reizius, Bothius,* ℞. LE. Attamen.

To. noli (*vel* nolo) tamen. caue *Vssingius* (*ubi* noli *certe ante* caue... ergo *ferri nequit: cf. Langenus* '*Beitr.*' *p. 237*). — Le. Attamen me. To. non tamen te: caue sis malo et obsequere me *Guyetus. Cf. Bacch. 211, al. et vide praef.*

836. dictod audientem esse *Guyetus.* dicto esse audientem (*et* mihĭ) *R: at cf. Spengelius T. M. P. p. 59 et Muellerus p. 584 sq. Errant Vssingius Klotziusque p. 153 de hiatu.*

837. prostibulam *etiam Lambinus ex dubia Nonii p. 423, 10 memoria. Cf. CGL. IV p. 381, 52 G.* prostibulum *Vssingius: fortasse recte (cf. Stich. 765), quamquam non male* '*restibilis*' *contulerunt. Ad proxima cf. Casaubonus ad Persii sat. V p. 413.*

838 *sqq. V. 841. 840 (V 2, 58 sq.) inter se transponi iusserat Acidalius adsentiente et R et Brugmanno de* NI *partic. p. 19 sq., obloquente Vssingio, qui sane etiam v. 838 loco tradito reliquit, qui aut transponendus est cum R aut eiciendus. Ceterum* sat *ter scripsit cum Bothio R (semel cum CD Spengelius* '*Ref.*' *p. 392 et Brugmannus, bis vitiose* esse uidetur *pro* sibi uidetur *exhibens) initioque v.* 840 Ni illi offecit *cum Reizio, ubi* Ni illi officit '*prisca exemplaria*' *Pii et Pylades.* Ni illi offuit *Acidalius.* Nisi defecit *Guyetus.* Ni ei obfecit *Bothius: atque* ei *mox (inter* ni *et* male) *del. Guyetus, Bothius, R.* Ni id effecit *Brugmannus improbante Seyfferto, qui velut* Ni ei male fecit *potius exspectat. An fuit:* Né id effligit (*i. e. odio enecat*)*?*

843. *Vide praef.* — Grâphice hunc ⟨nunc⟩ uolo (*vel* hunc uolo ego) lúdificari. Le. Méo ego ⟨id⟩ in locó curabo *R, delens* sedulo '*interpretamentum*' *post Guyetum et addens:* 'Graphice hunc *e suis libris veteribus profert Lambinus, e suo cod. ascripsit etiam Scaliger. Quos libros etsi interpolatos esse etiam v. 700 apparuit, tamen hic verum felici coniectura indagasse interpolator censendus est.* Pro hisce hunc *Camerarius, ad versum 838 praecedentem referens.* Promisce hunc *Acidalius. Κολάφιζε* hunc *inepte Bothius*'. Age grâphice *Muellerus p. 117 anapaesticos v. 843—849 agnoscens praeeunte Spengelio T. M. P. p. 105 sq. (cf.* '*Ref.*' *p. 183. 392): ubi v. 843. 844. 846. 849 octon. troch., v. 845 septen. troch., v. 847. 848 septen. iamb. dedit R.*

845. hicine Dordalus leno ‖ Est *Bothius.* hicinest leno *R (cf. ad v. 843).* hicíne Dordálust leno *vitiose olim Spengelius Wagnerusque Aul.*[1] *p. LXXVI.* hicinest Dordálus leno *Muellerus p. 410* (hicíne Dordalus lenost *p. 118), Spengelius* '*Ref.*' *p. 392.* — liberas mercatur uirgines *Bothius male haec discribens ac disiciens.* liberas mercatur *Reizius, Weisius.* mercatur liberas *R.* uĭrgines libras mercatur *Sonnenburgius (cf. p. 25 sq.).* líberās uirginĭs mercatur *Spengelius cum Muellero (olim* libras uirgnes) *improbante Christio* '*metr. Bem.*' *p. 80.* '*Metr.*'[2] *p. 246: cf. Corssenus* '*de eloc.*' *II*[2] *p. 657 et Meyerus in Commentat. acad. Bavar. XVII a. 1884 p. 92 adn. — Ceterum de vera personarum notatione cum hic tum aliis locis huius scaenae dubitari posse monuit R, ubi certa ratiocinandi necessitas in promptu non sit. Quod cum verum sit, tamen non recte v. 852. 853. 854 unum Toxilum colloquentem induci videmur non sine ratione contendere posse.*

846. Hiccine *Guyetus.* — *Ad* fuit quondam fortis *cf. Goetzius Obs. crit. ed. Ienae a. 1883 p. VI.* — quae haec rest? hei *Guyetus.* quae res haec est *Reizius.* quae haec res est? ei *R in ed.* quae res? ei, ei

idem Opusc. phil. III p. 129 (*obloquente Richtero p. 473 adn.: cf. p. 462. 468*), *ubi praeterea* colaphum mi icit *proponit coll. Ter. Adelph. 199:* colaphum inicit *Scaliger, de* colaphum ducit (*praeter* colapho icit) *Lambinus, de κολαφίζει* (*praeter* colapho me icit) *Acidalius cogitabat recipiente* (heu *κολαφίζει*) *Bothio.*

847 *sq. Iambicos septen.* '*confidenter*' *discripsit* ℞, *ab* Ei nátis peruellít *incipiens alterum corrigentibus Spengelio et Muellero, qui* diu saepe sŭnt *admisit p. 117* (*item Sonnenburgius*), *sed* diu sunt saepe *trai. p. 418. 420 cum* ℞ (*item Spengelius*), *cum* licet diu saepe sunt (*sine* iam) *dederit Camerarius. De* licet *delendo cogitabat Weisius: post* licet *distinguebat Lambinus recipiente* ℞ *cum aliis: quod ne sic quidem sententiae usuique sufficere perspexit Seyffertus, voce* (*cum lacuna*) *segregata simul proxima rectius expediens.* — percellit *Vssingius: cf. Meursius Exerc. cr. I p. 217.* — loqueris tu etiam *vel* loquere etiam tu *Spengelius.* loquerin tu etiam *Muellerus p. 117* (*cf. ad v. 843*): *ubi* loquere etiam (*vel* etiam loquere *vel* etiamne loquere) *usu probari Seyffertus animadvertit* (*unde Curc. 186 sic distinguit* pergin? etiam, uerbero, *cum* pergin? *vel* pergin autem? *usui conveniat*).

849 *sq.* Intro í, patrone ℞ (Lóquere . . . cenam *comprehendens: cf. ad v. 843*). I intro *Spengelius* (*del.* patrone mi[/] *trochaicum incipiens*). Mi patrone, i intro *Vssingius* (Lóquere . . . amabo *comprehendens*). *Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 14 adn.* — mea ignauia, tu nunc me *Camerarius.* mera ignauia, tu nunc me '*quidam*' *apud Lambinum.* mea, tu nunc me *Guyetus.* mea ignauia (*abl.*) tu nunc me *Boxhornius.* ignauiam num meam tu *Bothius.* meamne ignauiam tu nunc (*vel* mea tu gnamtas, tu nunc me) *Spengelius* '*Ref.*' *p. 392* (*aliter olim T. M. P. p. 147*): *ubi non dubitandum esse videbatur Ritschelio, quin quaedam intercíderint* [*cf. ad v. 802 et vide praef.*] *velut talia:*

Méa ⟨ego⟩ ignauiá ⟨quom te et illam pérdidi,⟩ tu núnc me inrides?

851. Quia nec *def. Kochius, ut v. 110. 241.* — ut tibi bene ℞: *cf. Bentleius in Ter. Hec. V 2, 18, Muellerus p. 221. 376, Spengelius* '*Ref.*' *p. 143.*

853. Male disperii: sciúnt *Muellerus p. 140, fortasse recte.* Disperii! sciúnt *Guyetus.*

854 *sqq. Cf. ad v. 845 et vide praef.* — iam supplici? *Bothius, dein* uobis *delens cum Guyeto et* intro abi *traiciens et* igitur *inserens cum Pylade ante* in crucem: *ubi* SAG. in crucem *Camerarius,* '*mire*' *iudice* ℞, *qui haec* TOXILO *continuavit cum Pylade.* — anne hic parum *Camerarius* (*cf. Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 28*). an parum hic *Bothius* (*postea* facetum *pro* Exercitum [Fecitum] *inferens*). — Hisce me habent *Camerarius: cf. Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 130.* Hice me habent *Scaliger.* Hice habent *Gruterus.* Hice habent me *Bothius.* — auent *pro* habent '*veterem lectionem*' *dicit Pius.* — *Partim cum Camerario partim cum Bothio mutans et* Et *ante* post *delens septenarium iambicum sequente octonario iamb. et septenario troch. discripsit* ℞:

TO. Satis súmpsimus iam súpplici. DO. Fateór: manus nobís do.
TO. Post dábis sub furcis. íntro abi, in crucem. DO. An parum hic exércitum
Hísce me habent? TO. Cónuenisse Tóxilum te méminerim.

Vbi v. 854 *de traiciendo* do uobis *cogitat Mohrius de septen. iamb. p. 24: idque aut commendatur aut postulatur etiam in semiseptenariis iambicis, quos seiunximus cum Studemundo de cant. p. 85, nisi quod is initio trimetrum bacch.* Satís sumpsimús supplicí iam *commendabat ex Bergkii sententia* (*pro quo* Satis súmpsimus supplícii *placuit Zandero* '*Vers. It. ant.*' *ed. Lundae a. 1890 p. VIII adn.*). *Ad* sumptumst *pro* sumpsimus *repositum cf. Trucul. 369* (ambulatumst *A.* ambulasti *P*): *idque non modo versus, sed etiam sententia commendat, siquidem* LÊMNISELENEM *hoc dicere consentaneum est. Semiseptenariis Studemundus subiciebat tetrametrum bacch.* Abi intro . . . . hisce *cum dimetro bacch.* Habént conuenisse *et semiseptenario iamb.* Te Tóxilum memíneris: *pro quibus postea Annal. phil. CXIII p. 65 haec suasit:*

I ín crucem. — An me híc parum exércitum hisce habént?
Cónuenisse te Tóxilum mémineris.

cum Schmidtius non curans reliqua foedum trochaicum procudisset Ét post dabis sub fúrcis. abi in crucem. ⌈ An med hic parum ĕxércitum Hísce habent? (*ubi alterum per* Te cónuenisse Tóxilum memória habe *male explebat Vssingius* [*cf. Seyffertus cens. p. 394*] *antea* supplici? *distinguens cum Bothio*), *neque meliores trochaicos effecit Ijsendijkius p. 46.* — *Ceterum ex* pantio *Petitus efficiebat* pensio *coll. glossa* pensius δεκανηρος (*CGL. II p. 145, 28 G.*). *Cf. Christius de paracatal. p. 6 (158).*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI IV FASCICVLVS IV

MOSTELLARIAM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIII

T. MACCI PLAVTI

MOSTELLARIA

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A FRIDERICO SCHOELL RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI IV FASCICVLVS IV

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIII

PRAEFATIO

'Praestantissimam fabulam MOSTELLARIAM, quacum de principatu Pseudulum Menaechmos Bacchides Aulularium prope solas certare et elegans est et verum eius iudicium qui Plautinam artem iucunde nuper enarravit Musei nostri philologici t. VIII p. 51 [Opusc. phil. II p. 732] sqq., satis constat multimodis cum mutilatam laceratamque tum luxatam atque perturbatam ad saeculum XV pervenisse. Et latissime quidem patet omnium gravissima haec perturbatio, quod in Palatinis libris, quique aut illinc aut ex eodem fonte manarunt omnibus, non eo quo nunc leguntur, sed hoc sese ordine posteriores fabulae partes excipiunt:

v. 686—801
842—883
802—841
884 et 885 dimidius
601—646
885—1065
647—685
1066 sqq.

Quas turbas*) iam maiorum aetate Pylades, Angelius, Lucas Olchinensis duplicique exemplo Camerarius, in solas hi quidem sermonum successiones actionisque continuitatem intenti, ita

*) In codice *C* ad has turbas accedit, quod par foliorum Bacchidum exitum v. 1163b—1211 (f. 17) et Mostellariae initium v. 1—57 praecedente argumento (f. 22) continens non interpositum est foliis 18. 19 (Bacch. v. 1049—1163a) et 20. 21 (Most. v. 58—989a), sed circumdatum. Ceterum diversas manus in his ipsis foliis conscribendis dignoscimus.

paullatim emendarunt ut nihil nobis post Camerarium agendum restaret*), nisi ut suo loco versus 904—932 redderemus, quos ille post v. 857 collocaverat non contra rationem tantum, sed etiam praeter necessitatem. Omnem autem transpositionem nostram cum Ambrosiani codicis praesidio con-

*) Idem iam in editione a. MDCCCXXXVIII egerat Weisius (cf. Spengelius T. M. P. p. 3 adn.), adnotans ad v. IV 1, 36 [27 = 884]: 'In hoc autem versu hic finiuntur in cdd. Pall., quae ad Phanisci canticum pertinent; adiiciuntur inepte, quae apud nos leguntur supra III 2, 115. *Misericordias* etc. usque ad vs. 157. *Haec quae possum* etc. Deinde subsequitur versus 37. *Illi bucaedae erunt multo potius quam ego sim restio,* cui statim adduntur: *Th. mane tu atque adsiste illico; molestus ne sis, nemo dat: age quodlubet* etc. quae apud nos leguntur III 1, 76 usque ad vs. 109. Denique adduntur nostra: *Phanisce etiam respice* usque ad finem huius scenae nostrae; post quam sequuntur quae apud nos scena II *Quid tibi visum* etc. Quibus codicum vestigiis ductus quae coniecerim haec sunt: 1) canticum Phanisci debere sequi eo loco, quo nos illud collocavimus. 2) recte idem posse finiri v. 37; ita ut, eo recitato, Phaniscus accedat ad ianuam Philolachetis, eamque pulset, dein ibi aut quietus opperiatur herum, aut etiam introspiciat. 3) subsequi tum posse colloquium inter Phaniscum et alium illum servum a vs. 38; de cuius tamen ratione statim infra dicemus. 4) post illud sequi oportere scenam: *Quid tibi uisum est* etc. et post illam denique ea, quae apud nos faciunt scenam III, quae in vulgatis una serie cohaerent cum scena, quae apud nos est prima huiusce actus. — Bothius ita mederi se posse ratus est huic loco, si scenam: *Quid tibi visum est* etc. quae in vulgatis tertia est actus tertii, faceret primam scenam actus quarti, ut igitur, actus pausa interposita, pro lubitu posset Theuropides interiora aedium inspicere. Sed ita nihil effecit, nisi, ut, altera difficultate remota, in alteram incurreret. Sic enim Theuropidem necesse est perstare otiosum in proscenio per integrum canticum Phanisci huiusque cum conservo colloquium. Quod profecto cum rei argumento et cum vera fabulae actione non videtur esse consentaneum. Vt nihil dicam de imaginaria omnino actuum ordinatione apud nostrates. — Ceterum qui accuratius paulo examinarit colloquium hoc, quod iam sequitur, Phanisci cum servo illo, haud pauca certe inveniet, quae arguant esse suppositum seriusque adiectum, fortasse quo introducerentur servolus ille alius, infra qui comparet. Nam et metrum in plerique vacillat, et sensus cum dictione facetiaeque non sunt optimae, imo ita ieiunae, ut vix Plautina haec esse existimari possint. Sic v. 38 *adsiste* — vs. 40 *Mihi sum*; videlicet simiam se ait esse. Porro v. 41 ineptum, quod vocat *parasitum*. v. 44 illud *tam amat*. v. 47 *plumbei* illi *numi*. v. 49 illa *culcitulla*, iocus ineptus et a vero Plauto fortasse ubique alienus. 50 *quom tu mihi nequeas* plane inepta. v. 51 *Quaeso h., Ph. abstine iam sermonem de istis rebus*, quum tamen non Phaniscus sed servus ipse nugas facessere instituerit. Atque similiter etiam postrema. Vt nullus dubitem integrum locum a vera fabula seiungere.'

firmavimus in ea commentatione quam 'de turbato scenarum ordine Mostellariae Plautinae' scriptam [ed. a. MDCCCXLIII] Parergon nostrorum primo volumini [ed. a. MDCCCXLV p. 433 sqq.] inseruimus, tum caussam factarum in Palatinis turbarum evidentissimam ex archetypi condicione repetivimus, cuius cum undecim membranae, in singulis paginis versus circiter XXI tenentes, aliquo casu sic ut infra posita tabula planum fecimus traiectae essent, is ipse qui in Palatinis est versuum ordo prodiit.

Pristinus ordo membranarum	Fabulae partes	Versuum summae secundum Pal. codd.	Traiectarum ordo membranarum
I	601—640	42	VI
II	647—685	41	XI
III. IV. V	686—801	121	I. II. III
VI	802—841	41	V
VII	842—883	42	IV
VIII. IX. X. XI	885—1065	166	VII. VIII. IX. X

Nam de versu 884 et dimidia parte proximi, qui sunt duo integri in Palatinis, in promptu est sic statuere, fuisse eos alicubi, cum suo loco praetermissi essent, seorsum in margine ascriptos. — Quodsi versuum summae, quales Palatinis ducibus subduximus, non congruunt in nostram fabulae recensionem, reputandum est in hac et canticorum (690 sqq. 858 sqq. 885 sqq.) longe diversam discriptionem esse, et quibusdam in partibus vel crevisse numerum versuum sive novis ex Ambrosiano ascitis (833. 940 sqq. 951. 990. 1055 sqq.) sive lacunae notis de coniectura positis (644 sq. 649. 926 sq. 1018 sqq. 1042: nam post 1026 elapsos non numeravi), vel decrevisse deletis glossematis (post 652. 815. 1000): quo accedit quod qui nunc sunt 631 sq. 640 sq. 666. 846 in hos locos transtulimus de eis sedibus quas in Palatinis occupant post 652. 650. 609. 815'.

'Fuisse autem archetypi illius singulas paginas XXI (aut fortasse XX) versuum etiam alio argumento intellegitur satis memorabili. Etenim Mostellaria cum insignis sit lacunarum multitudine, harum sciendum est duplex genus esse. Nam aliae quidem, singulorum vocabulorum eorumque integrorum circuitum plerumque non excedentes, etsi in quibus-

dam partibus spissiores sunt quam in aliis, tamen et promiscue per universam fabulam tanquam dispersae sunt, et, nullo in ipsis codicibus indicio proditae, soli neglegentiae librariorum debentur. Contra aliae et aliquanto ampliores esse nec servare vocabulorum integritatem solent, et certis in partibus certisque intervallis tam constanter redeunt, ut eis in partibus codicem appareat vel madore vel aliquo casu labem contraxisse per aliquot membranas continuas pertinentem, in singulis autem paginis per binorum ternorumve versuum ambitum porrectam. Id evidentissime bis factum est: primum per septem paginas continuas v. 517 sq. 537 sq. 554 sq. 574 sqq. 596 sqq. 618 sq. (ubi etsi non multum deest, turbatum est tamen aliquantum). 644 sq.: iterum per sex paginas v. 703 sqq. 723 sqq. 743 sq. 763 sqq. 783 sqq. 802 sq. Quodsi memineris et scaenarum interstitiis singulos binosve versus tribuendos esse, et unum alterumve versum per duorum spatium potuisse propter nimiam longitudinem dispertitum esse, praeterea autem quattuor in Palatinis post v. 549 versus legi a nobis eo loco deletos, non legi autem eis quibus nos reposuimus locis quattuor alios 631 sq., 640 sq., vix quicquam ad aequalitatem spatiorum desiderabis, sed singulas lacunas intelleges circiter XXI versuum intervallis inter se discretas esse. — Potueram eiusdem distantiae modulo etiam illas lacunas dimetiri quae sunt v. 845 sqq. 864 sqq. et rursus v. 1123 sqq. 1144 sqq., nisi ea ratiocinatio fallax esset propterea, quod his quidem in partibus scripturae mutilatio minime substitit in binorum ternorumque versuum angustiis, sed multo latius evagata membranarum corruptelas et longe ampliores et magis varias testatur. Id quod ita esse facile apparebit v. 850 sqq. 858 sqq. 885 sqq. 1110 sqq. 1160 sqq. intuenti: quarum partium quasdam non mirer si cribri quam libri similiores dixeris. Atque hic ad temporum iniquitatem accessit librariorum socordia aut omittentium quae servata essent in archetypo aut evanidorum intervalla non servantium. Contra quae illae quas antea perstrinxi lacunae tantum non omnes ipsis oculis apparent in Palatinis vel saltem in *B*, quippe vacuis spatiis eisque plerumque amplioribus quam opus fuerat relictis: quo certius nobis de paucissimis

:emplis illis persuadetur, ubi verbis in integritatis speciem ›ntractis lacunae vestigia obscurata sunt, ut v. 644 sq. 804 ›imiliter atque v. 1123. 1144, alibi)'.

His quae Ritschelius posuit vestigiis insistens*) non-ıulla accuratius certiusque definivit Seyffertus in Ephemeri-libus philologicis a se Belgeroque editis XII a. MDCCCXCII n. 7 et 8 col. 194—196. 221. 225—228. 253 sq. Vbi cum multa extra omnem dubitationem posuerit, de aliis iustam dubitationem movit Gundermannus ibidem n. 19 et 20 col. 578—580. 610—612, qui tamen ipse quoque non omni ex parte satisfecit, ut statim Seyffertus monuit in additamento col. 612. 657 adiuncto. Quare cum mihi quaedam aliter diiudicanda, non pauca vero adicienda esse videantur, paulo fusius totam quaestionem persequar.

Itaque ante omnia Seyffertus 'septem paginarum continuarum' lacunas octava vel potius prima augens, quam miro casu in conspectu supra posito (non in ipsa editione) neglexerat Ritschelius, cum ex lacunis sibi respondentibus tum ex partibus inter se traiectis plenum quaternionem refinxit hunc (crassioribus numeris versus lacunosos exprimens):

I. 476—**495. 496** : 497—506/7—**517. 518**

I. 519—531 (Sc.)—**537. 538** : 539—**554. 555**

I. 556—574. **575. 576** : 577—**596. 597. 599**

· 601—609. 666. 610—620 : 621. 626—628. 622—625. 629. 630 633—639. 642. 643. 645. 646

· 647—650. 640. 641. 651. 652. 630—632. 653—663 : 664. 665. 667—685

· 686—689 (Sc.)—**703. 704. 705** : 706—721. 741. 722—725

· 726. 727/8. 729—740. **742. 743. 744** : 745—**763. 764. 765**

· 766—**783. 784. 785** : 786—801

*) Fateor me, cum similem de Rudentis lacunis observationem ıstituissem ac publici iuris fecissem, plane oblitum fuisse similis con-icionis in Mostellaria dudum multoque luculentius demonstratae. Quod ım Seyffertus in censura animadvertisset, nihilo minus in amplifi-ıda observatione de Casinae, Persae, aliarum fabularum lacunis ad issuras fissurasque revocandis Mostellariam consulto posthabui, cum ı idem valere de omnibus intellegerem. Idque ipse Seyffertus con-ıavit, qui, cum Mostellariae lacunas ad XXI versuum paginas rtissima computatione revocaret, non minus certum XX versuum ıerum in Casina esse concessit singulasque fabulas seorsum per-ıctari debere in hanc rem intentos monuit mecum consentiens (cf. ı. praef. p. IX adn.).

Vbi priora III folia et versuum numerum plane complent et in lacunis tam accurate sibi respondent*) quam infra positi versus demonstrant, in quibus supplementa in prioribus exempli causa ficta in posterioribus ex *A* recuperata uncis cinximus:

495 sq. INTERDUMINEPTESTULTUSES⟨QUINTUTACES⟩
TACEO#SEDECCEQUAEILLIIN⟨SOMNISMORTUOS⟩
517 sq. QUAESO⟨ABEASINTRO#ABIGINPATREM⟩#QUIDSEGREGES
⟨SERMONEMATQUEABEAS#QUAER⟩ESTEAGITATTRANIO

537 sq. DANISTAADESTQUIDEDIT⟨ARGENTUMFAENORI⟩
QUIAMICAESTEMPTAQUOQUE⟨OPUSINSUMPTUSFUIT⟩
554 sq. NEGAT⟨#NEGATINQUAM#UERBUMANTI⟩QUOMCOGITA
⟨NEGAETSICONFESSUS#⟩DICAMSICONFESSUSSIT

574 sqq. MAGISOPPORTUNUSADUEN⟨IREQUAM⟩ADUENIS
QUIDEST#CONCEDEHUC#⟨ODIEFAENUSRE⟩DITUR
SCIOTEBONAESSEUOCENE⟨CLAMANIMIS⟩
596 sqq. FERREHINCPOTESAN⟨METUISNE⟩QUOABEATFORAS
URBEEXUL⟨ATUMFAENOR⟩ISCAUSATUI
QUOISORTEM⟨ACCIPEREIAMLI⟩CEBIT#QUINNONPETO

Extremis exemplis addendum est etiam in mediis paginis apparere lacunas congruas. Nam v. 571 principio *Certe* certa fere coniectura supplevit Seyffertus: a quo versu qui duodevicesimus est v. 593 cum non minus quam ille a metro laboret (etiam in *A*), non minus recte me puto labem in fine senarii statuisse: ubi si *ad fores* adicimus, et versum explemus et apte augemus sententiam (*ad fores Venisti huc te extentatum*, ut Bacch. 584 sqq.: *qui .... alieno uiris tuas extentes ostio? Fores paene exfregisti*). Similiter in folio antecedenti conieci inter se cohaerere defectus versuum 551 sq. QUIDTU⟨TE⟩TECUM # NIHILENIMSEDDICMIHI||DIXTIN⟨TU⟩QUAESO#DIXI-INQUAMORDINEOMNIA. Atque alter versus incidit in scaenae inscriptionem post v. 531, prioris defectus attingit vitium sub finem ipsius v. 531, ubi libri male *malum* habent pro *mali*: ex pravo supplemento vocis decurtatae, ut videtur. Sed haec leviora: ad graviora ut redeamus, optime sibi respondent

*) Cur minus accurata sit responsio, ubi lacunae aut initio aut sub finem versuum locum habeant, contra litterarum ambitus fere par esse et soleat et debeat, ubi uterque defectus in medium versum cadat, causa in propatulo est. Vel hac ratione ferri nequit tralaticium supplementum v. 575 QUINMIHIFAENUSRED = ATUMFAENOR pauloque probabilius est (H)ODIE(N)FAENUSRE (*reditur* pro *redditur*: cf. *B* v. 580. 603).

cunae in sexto folio: ubi cum in pagina recta ex *A* has mas sarcire possimus:

703 sqq. SIQUISDOTATAMUXOREM⟨ATQ·ANUM⟩HABET *)
NEMINEMSOLLICITATSOPO⟨RINOMNIBUS⟩
IREDORMITUMODIOSTUE⟨LUTNUNCMIHI⟩

722 sqq. sic olim in *P* discriptos fuisse intellegimus (aliter que in *A* post SICDECET deficiente et ex parte etiam in *B* nc discripti sunt):

HIC⟨INTUS#⟩QUIDIDEST
⟨SCISIAMQUID⟩LOQUARSICDECET
⟨UTHOMOSTITA⟩MOREMGERAS

Iam cum et in his quattuor foliis et in duobus, quae lim intercedebant, sed ob traiectionem antea factam a finaum versuum labe immunia manserunt, nihil neque desit eque supersit ad XXI versuum paginas efficiendas, in folio eptimo aperta lacunarum responsione item insigni altera tantum pagina versuum numerum complere videtur. Lacunae hae sunt:

742 sqq.
UELIMUTTUUELLESTRANIOS⟨EDQUID⟩ESTNEGOTI#ELOQUAR
ERUSPEREGREUENIT#TUNC⟨TIBINERUOSCORRUP⟩TORTENDITUR
INDEFERRITERIUMPOSTEA⟨MOLAE#PERTEHAECG⟩ENUAOBSECRO
763 sqq.
NAMILLEEOMAIO⟨REHINC⟩OPERESIBIEXEMPLUMEXPETIT
QUIAHIC⟨UMBRAMAUDIUIT⟩ESSEAESTATEPERBONAM
SUBDIUCOL⟨UMINEINSUMMO⟩PERPETUUMDIEM **)

Inter v. 726 et 744 XVII tantum versus numerans Seyffertus de quattuor versuum lacuna cogitavit, quae merae librarii neglegentiae debeatur ideoque in pagina aversa non conspiciatur: qualem defectum et ex *A* et ex ipso verborum contextu verisimiliorem reddere studuit. Levem errorem, quod in *B* XVIII, non XVII, versuum intervallum est, iam Gun-

*) Fortasse Plautus *senicam* scripsit pro *anum*: cf. append.

**) *A* habere videtur SUBSUDOCOLUMINEUSQ·PERPETUUMDIEM. Contra *P* incipit a *Sub diu col*: ubi *sub diu* cum vix minus exquisitum sit quam *sub sudo* et sententiae optime respondeat, neque interpolationi eque simplici corruptelae facile tribueris. Vnde si proficiscimur, quae ex *A* accedunt *columine usque* neque sententiae neque metro satisfiunt neque lacunam congruentem explere videntur. Quare conicio uage aliam recensionem in hoc versu *P* secutam esse, qualem exempli ratia supra refinxi.

dermannus tacite correxit. Quod vero Seyffertus in primis versibus folii VII negavit *simul, quid, Ehem vix tandem* particulas sic ut extant ferri posse, iam in appendice me non probare significavi. Cogitavit ille de tali conformatione:

⟨Ánimo⟩ morém geras. uíta quam sít breuis
⟨Cógita atque hóc⟩ simul cógita — Tra. Quid ⏑ –
* * * * * * * * * * * *
Ehem uíx tandem percépi super his rébus nostris té loqui.

At si duce Camerario supplemus potius: *⟨Vt homost, ita⟩ morem geras,* optime quadrat: *cogita simul, uita quam sit breuis:* ad has autem allusiones cum accedant priores: *Quid nunc? quam mox?* *) — *quod solet fieri hic intus* — *scis iam quid loquar* — *sic decet,* nihil plane desideratur ad vim particularum *Ehem uix tandem* explicandam: quibus *Quid?* — quo verbis *Vita quam sit brevis cogita simul* adiecto dimeter creticus cum tripodia trochaica efficitur — eadem ratione praemittitur, qua Terentius velut in And. 686, Eun. 86. 505. 730 particulae *Ehem* quaestiunculas praemittit. Quare cum ex ipso contextu nequaquam necessario de lacuna vel potius de lacunis post v. 725 statuendis cogitandum sit, discrepantem versuum numerum tam in *A* quam in *P* ex diversa versiculorum in cantico discriptione repetiverim. Quam habemus qui paulo accuratius definiamus. Nam v. 737 sq. cum verba male sic distinguantur in *B*:

Sed Simo ita nunc uentus nauem
Deseruit. Si. quid est? quomodo pessimo

rectissime probantibus omnibus Ritschelius ex prioribus septenarium trochaicum restituit duce Camerario (cf. v. 740):

Séd, Simo, ita nunc uéntus nauem ⟨nóstram⟩ deseruít. Si.
Quid est?

Qui quod *nostram* supplerunt in fine versiculi in *B* abscissum,

---

*) Permiro errore Ritschelius in Parergis p. 458 supplebat: *quam mox — nequitiae tuae poenam lues?* vel *in malam crucem ibis?* (idque repetivit Lorenzius in commentario) nec minus mire Vssingius quaestionem intellegit de rebus Philolachetis, quas luxuria brevi absumptum iri suspicetur Simo. Nam ex conexu sententiarum patet Simonem quaerere: *quam mox — incipietis pergraecari denuo.*

egregie inde confirmatur, quod in pagina aversa v. 755 senarius principio destitutus circumfertur, ubi *Hem* ante *quid consomniavit* probabiliter supplevit Ritschelius. Iam hic senarius cum tertius decimus sit versus in pagina aversa, versiculus *Sed — nauem* undecimus, certum est trium versuum in pagina recta deficientium duos ante hanc lacunam, unum post eam recuperandos esse: atque illic cum v. 733 sqq., hic v. 737 sqq. pessime distincti sint, quisnam dubitabit quin olim totidem verbis plures versus occupare potuerint?

Restat ut de ultimo quaternionis folio dicamus, cui solitariam lacunam versuum 783—785 Seyffertus tribuit, cum in pagina aversa potius post v. 796 quinque versus interciderint (cf. append.). At suo iure Gundermannus opposuit adscitis ad v. 801 quinque qui in libris eum excipiunt versibus 842—845. 847 lacunam nos habere plane congruentem: id quod casui tribui nequit. Quae lacunae fortuito etiam in eo congruunt, quod dubitari potest utrum tres versus an duos tantum occuparint. Nam v. 783 *P* praebet *con conloquar* (*A* recte CONLOQUAR): unde Seyffertus olim per dittographiam scriptum fuisse *con⟨loquar⟩ conloquar* conclusit consentiente Gundermanno. At nescio an sic haesitans propter insequentes lacunas librarius scripserit (ut in exemplo opposito in versu post lacunas subsequenti spatium reliquit praeter rem): nam v. 844 in *B* sane et spatium est (sicut in v. 848) et *nisi* ab initio omissum esse contendit Studemundus (sed v. i.): at *CD nisi* praebent sine lacuna, ut hoc quoque loco dubius sit defectus. Quamquam etiam supra v. 742, ubi dubitari nequit, quin *edquid* litterae in archetypo interciderint, non modo in *B* partim a prima partim a secunda manu lacuna recte expleta est, sed etiam in *C* ante rasuram videtur supplementum extitisse. Sed quomodocunque de v. 783 et 844 iudices, certe optime haec sibi respondent:

783 sqq.
(NUNCHUNCHAUSCIOANCON⟨LOQUAR⟩CONLOQUARCONGREDIAR)
HEUSTHEOPROPIDES#HEM⟨QUISPROPEHIC⟩NOMINATME
EROSERUOSMULTUMSUO⟨FIDUS#UNDEIS⟩

844 sqq.
(NAMEGOMETDUCTAREM⟨NISI⟩MIHIESSETAPUDFORUMNEGOTIUM)
APAGEISTUMAME⟨PERDUCTOREM⟩NIHILMORORDUCTARIER
QUICQUIDEST⟨ERRABOPOTIUSQUAM⟩PERDUCTETQUISPIAM

Gravioris momenti est, quod v. 784, ubi *A* QUISHIC praebet, has voces omittunt *CD*, *hic* tantum omittit *B*, in quo *quis* facile suppleri poterat a librario. Sed etiam QUISHIC litterae neque lacunam ex versu opposito (PERDUCTOREM) conspicuam explent neque metro restituendo sufficiunt (vide infra): quare *prope* addidi *hic* particulae (cf. similes locos Mil. 1258. Pers. 99. Rud. 97. Bacch. 1104, al.: nam geminum exemplum extare non videtur, sed *quis nominat me* dicitur sine *hic* et *prope*).

Hoc loco cum aliquid viderit Gundermannus, iam Seyffertus demonstravit fefellisse eum opinionem, cum eadem ratione lacunas versuum 865—867 et 883. 802. 803 sibi respondere statueret in proximo folio, quod v. 848—867 et 868—883. 802. 803 continuerit. Neque enim lacunae ipsae satis inter se congruunt, si quidem iam v. 864 aperte lacunosus fuit (atque etiam v. 804 accedit defectus) neque spatia spatiis conveniunt. Nihilo minus proficiscendum puto a sententia Gundermanni. Nam et versus lacunosos 864—867 in fine paginae proximae (fol. IX) extitisse probabile est et casui tribui nequit, quod post XIV versus, qui facile olim ex alia discriptione cantici XVII occupare potuerunt *), redit lacuna. Itaque cum Gundermannus opinatus sit ex defectu v. 883:

POSTREMOMINORISPEN⟨DOT⟩ERGUMILLORUMQUAMMEUM

concludendum esse v. 865 nihil intercidisse, nisi velut:

AUGENTEXPAUXIL⟨LOIN⟩DEPARANT

— quod neque versus admittit neque sententia —, primum quidem monendum est nequaquam certum esse v. 883 nil nisi DOT litteras deesse, quas *Bb* supplevit ex facili coniectura: nam potuit extare PEN⟨DOEGOT⟩ERGUM. Deinde vero hanc lacunam comparabimus potius cum v. 864 defectu (ubi ABOSO exigit sententia): qui potuit sane ita collocari in archetypo, ut media lacuna septenarii trochaici congrueret cum lacuna

*) Velut per hanc discriptionem (in qua littera maiuscula *B* codicis interstitia, lineolae pristinam distinctionem indicant): 'Nam nunc domi nostrae tot pessumi uiuunt ‖ Peculi sui prodigi plagigeruli ‖ ubi aduorsum ut eant ‖ Voc⟨it⟩antur ero ‖ non eo molestus ne sis ‖ Scio quod properas gestis aliquo ‖ iam hercle ire uis mula foras pastum'.

finali versus paulo brevioris. Sed cogitari potest etiam de tali v. 864 conformatione:

FACIUNTAMALOPECULIO⟨ABONO⟩QUODNEQUEUNT(vel NONQUEUNT).

At sic lacunis versuum 865—867 quae non potuerunt non aliquanto maiores esse*), nihil respondere videtur: nam v. 802 sq. 804 — huius enim defectus etsi per se aliter explicari possit, tamen praecedentibus lacunis apertis necessario fere ad similem causam revocandus est — nullo modo in censum venire possunt propter rationem detrimentorum. Sed reputandum est cum eum versum qui ex sermonis serie sequitur et artissime adiungitur, 884, una cum proximi initio a ceterorum societate plane divulsum circumferri, tum vero inter hunc ipsum v. 884 et proximae scaenae exordium aliquid desiderari. Nam quoniam 'alterius aduorsitoris' nomen, qui mox cum Phanisco et postea cum Theopropide cavillatur, Studemundi opera -INA**U- ex scaenae inscriptione in *A* expiscantis certissime restituere potui PINACIUM, nostro iure expectamus in ipso contextu hoc nomen legi**), ubi nusquam comparet. Item praeter morem post verba *Solus nunc eo ad-*

*) Propter hanc ipsam rationem (ad quam accedunt aliae) non procedit responsio quam inter versuum 844. 845. 847 et 865—867 lacunas statuebat Seyffertus.

**) Similiter indicavi praef. Cas. p. XVII de coci nomine CITRIO a Studemundo quamvis dubitanter reposito. Quod totidem litteris extare mox ipse vidi, cum post editam a me fabulam codicem *A* nonnullis locis retractarem: simul vero intellexi huc trahendam esse memoriam versus 744 sq. *propere cito intro ite et cito deproperate*: ubi cum duplex *cito* ferri nequeat, ex priore *Cit⟨ri⟩o* restituendum esse eo facilius persuasi Goetzio meo, quia hoc pacto non modo desiderio de nomine adhibendo satisfacimus, verum etiam versum (septenarium anapaesticum) facillime restituimus. Iterata lectione illud quoque confirmare potui, quod ad v. 961 (et praef. p. XVIII adn.) de nota a Studemundo neglecta dixi. Permulta cum Studemundus rectius legerit — quod singillatim adnotare nihil attinet, quoniam semper illi fides habenda est, donec post eum inspicienti aliter aliquid apparuerit —, his locis vidi ab illo discedendum esse: v. 52 ADLEGAUIT certum (nullo modo AB), 60 SENSIPSUUM (non IT), 114 EXSTERCULINO (U paulo latiore, non UI), 154 SITI (vix TE), 183 QUAIN (nullo modo TU), 544 SINEEAMIINOLO (unde *te nolo* restituit Goetzius), 565 QUOIQUODAMAT certum, 573 NEGET (nullo modo NEGAT), 594 PRETEI (vix II), 623 PERFUGI (vix II), 632 OK (non O#), 633 PERISTIAPERI# (vix #PERI#), 646 MEATU (vix ME), 654 *EGOTIEST (non EGOEST), 658 INTERMINATUR (vix INTERMINETUR)UITAM, 661 CUR (vix QUR), 670 DELERAUITSE (SE

uorsum ero e. q. s. nova persona alterius advorsitoris prodit neque se indicans neque ab alio indicata. Vnde conieci ex aliorum locorum similitudine sub finem scaenae intercidisse eiusmodi versiculos:

Sed quís procedit?
Pinácium: abibo
Quasí non uideam.

Quodsi sumimus infra hos versiculos in inferiore margine huius paginae olim suppletos fuisse v. 884 et 885a eumque marginem una cum illis versiculis et versuum 864. 865. 866. 867 particulis oppositis*) abscissum esse, eadem opera declaramus et cur harum particularum defectui nihil iam respondeat et cur v. 884 et 885a in margine abscisso seorsum servati alieno loco postea recepti sint et cur quae requirimus desint: atque variae difficultates in unum locum si conveniunt, augetur probabilitas eius solutionis, quae simul omnia expediat.

Iam quos male huc traxerat Gundermannus v. 802. 803 (vel potius 802—804), sic nihil habent quod lacunis respondere videatur. Sed haec quoque res facilem explicatum habet, dummodo reputaveris — id quod alia ductus ratione iam Gundermannus sumpsit nobisque ipsis paulo post clarius ap-

---

minime certo), 685 —CLEEGO**ṢEṚ#DIG——U (certo U extremo, quo confirmatur supplementum meum *dig⟨nu's tu⟩*), 687 EGO**NCFA— (certo etiam N), 711 sq. —ETBONA****IMA, 716 —ỊAM, 722 MULṬANṬ (vix ÇANṢ), 725 ṚEṢURIO (nullo modo ẸṢ), 750 MORAESỊEṬ, 758 EM (vix IM), 766 OP*RTUIT (PẸR potius quam PỌR, ut vid.), 794 IAMNEABIITILL***DIC***K***UI****LICE*, 795 **L***ES**IT (certo IT), 797 ÇỌṂARITUSUILICUS, 799 sq. KYMENAEO||MIωỊ (certo AEO), 804 ỊAMṆUNITATEIANDUDUM, 806 PRŌDEĀN (certis lineolis suprascriptis), 859 SC******O* (certo O), 860 ASTULIOREM (non —UT—), 861 ḞAÇTABṆOḄIṢ, 862 ỌṬTU*S******CP***ẸLIM*ṚOÇṚ***ṚỊ, 870 ẸLE(ce)STẸX————— ṢOÇ— (nullo modo ẸLU—AE [*vel* M]), 972 PERMUT*** (vix PERMUTABO), 978 TUO (non #TUO vel STUO), 983 NONPUDETTE#QUIDMENTIRIUSIT-#ETIAMMEROGAS (lectione perdubia, quae si non fefellit temptare possis: *Non pudet te? LY. Quid mentiri u⟨su⟩ sit? CL. Etiam me rogas?*).

*) Sic sibi respondent supplementa lacunarum v. 865—867 exempli causa ficta et versiculi supra positi:

⟨LOSUUMQUODINMUN⟩ : SEDQUISPROCEDIT
⟨UMITAESTMETUAM⟩ : PINACIUMABIBO
⟨CAEDATURCORPUS—⟩ : QUASINONUIDEAM

arebit — nequaquam haec damna, quae partim traiectionibus partim scissuris Mostellaria subierit, ex uno omnia archetypo repetenda esse. Itaque antea vidimus v. 783 sqq. post traiectionem huius partis factam mutilatos esse: sed iustum ordinem si sequimur, v. 783—803 efficiunt XXI versus: praecedit autem scaenae inscriptio: quae si olim duos versus occupabat in anteriore archetypo, versuum 802. 803 lacuna in huius inscriptionis spatium incidit, versus autem 804 respondet versui 783, qui cum brevior sit et sine dubio olim per ἐπείσθεσιν scriptus fuerit, etiam v. 804 damnum finale in vacuum initio spatium versus oppositi cadit: atque tam planam plenamque congruentiam quisnam casui tribuet? Quod vero ad antiquiorem archetypum hanc labem revocamus, inde etiam probabilius redditur, quod in eadem pagina deprehendimus lacunam Palatinis cum *A* communem. Nam v. 796 ante finem *aedis* vox intercidit inter *Sed ut maestus est se hasce* et *uendidisse*: quo cum defectu fortasse coniungendum erit quod v. 816 incipit a *Bene benique* pro *Bene beni⟨gne⟩que*, quamvis libenter hoc simplici errori tribuas.

Denique ex gravioribus lacunis, de quibus Seyffertus Gundermannusque disputarunt, una relinquitur:

1123 sqq.
PHILOLACHESUENISSE⟨DIXIT⟩MIHISUUMPEREGREHUCPATREM *)
QUOQUEMODOHOMINEMAD⟨UENIENTEM⟩SERUOSLUDIFICATUSSIT
AITSEMETUEREINCONSPE⟨CTUMSUIPATRISPR⟩OCEDERE
1144 sqq.
MAXUMEACCIPITOHANC⟨MODO⟩ADTELITEM#ENIMISTICCAPTIOST
FACEGONEMETUAM⟨MIHIATQUE⟩UTTUMEAMTIMEASUICEM
IAMMINORIS⟨OMNIAALIAFA⟩CIOPRAEQUAMQUIBUSMODIS **)

Nulla dubitatio est neque de ipsa congruentia neque de iusto XXI versuum intervallo inter utramque lacunam intercedente. Sed ex archetypi discriptione, quam Seyffertus instaurare studuit, lacunae non sub finem folii, sed inter v. XV et XIX utriusque paginae locum haberent: contra Gundermannus ex immutata distributione, quam valde dubiam esse Seyffertus

*) Hoc loco *dixit*, non post *mihi* cum Ritschelio aliisque *narrauit* supplendum esse demonstrat lacunae oppositae ratio.

**) Lacunae oppositae, cuius fere certum est supplementum Ritschelianum, melius responderet velut ⟨*omnia ego istaec fa*⟩*cio* vel ⟨*fa*⟩*mora istaec fa*⟩*cio*.

demonstravit, efficere voluit, ut haec quoque detrimenta metam paginarum attingerent. Iam quamquam facillime eiusmodi damnis margines affici poterant, tamen etiam in mediis paginis fissuras scissurasque et in aliis fabulis deprehendimus et in Mostellaria supra deteximus et infra detegemus. Ex alia parte Seyfferto concedere non possumus 'simplici computatione' versuum in *B* servatorum se effecisse, ut illae lacunae accurate sibi responderent, quod artificiis demum adhibitis Gundermanno contigisset. Nam simplex illa computatio sic demum consistit, si cum Seyfferto in folio VIII eius quaternionis, quem in universum rectissime restituit, quinque versuum lacunam admittimus (post v. 796): qua in re fefellisse opinionem virum doctissimum cum Gundermanno iudicamus. Atque ad dubitationem de hac re motam nova accedit ex coniectura nostra, qua alio potius loco trium versiculorum lacunam in archetypo admittendam esse posuimus. Neque hae solae res dubiae sunt. Nam ut mittam alia *), iam Seyffertus ex computatione sua efficere studuit v. 833 quem unus *A* servavit, cum reliqui propter eundem cum antecedenti exitum (*uolturios duos*) transilierint, in archetypo etiam extitisse. Idem cadere potest in v. 951 et v. 974a, item propter exitum congruum cum v. antecedenti (*aedibus* et *minis*), et in v. 990 propter idem cum sequenti initium (*Puere*) in libris praeter *A* transmissos: qui versus utrum in eo archetypo, qui plerasque lacunas perpessus sit, an iam in priore an etiam in posteriore omissi sint, quisnam certa ratione diiudicabit? Velut v. 1081 solus servavit *B*: in archetypo demum codicum *CD* propter exitus repetitionem (*negat*) intercidit: contra v. 1051 solus *B* omisit (— *est*). Idem valet de v. post v. 1085 amisso, quem Seyffertus 'sine dubio' iam ab archetypo afuisse affirmavit, non demonstravit: nam si v. 833 potuit etiam in archetypo illo inesse, quidnam discriminis inter hunc et illum

*) Velut quod Seyffertus et cum eo Gundermannus v. 886b/890 ex littera maiuscula vocis *Milis* (= *Mihi*) concludunt in archetypo etiam seorsum scriptum fuisse versiculum, maiusculam hoc loco utrum propter versus interstitium an propter novam personam adhibuerit librarius, discerni nequit. Quin immo cum traiectus traiciendusque sit, vel illud cogitari potest, in archetypo eum in margine suppletum ideoque alieno loco illatum esse.

defectum intercedit, propter quod hic negemus quod illic statuamus? Quae cum ita sint — neque omnes exhausimus dubitationes —, nimis lubricam incertamque habeo quaestionem de versibus singulis archetypi paginis adscribendis, ubi destituimur eiusmodi argumentis, qualia in media parte praesto sunt. Neque multum lucramur ex hac maxime re perpendenda. Contra gravissima est ratio lacunarum congruentium, in qua plus proficere possumus. Nam etsi suo iure contendit Seyffertus proficiscendum esse a lacunis apertis atque in ipsis libris indicatis, tamen hoc fundamento posito ultra procedere et licet et oportet. Atque ipse Seyffertus praeter 'solitarias' quasdam lacunas 616—620. 624, 625. 629. 783—785. 802, 803. 813. 883. 1012 *) commemoravit nonnullas, de quarum congruentia cogitari possit. Ex solitariis illis quas dixit iam disputavimus de v. 783 sqq., 802 sqq., 883. Vix recte vel dubia saltem ratione huc trahimus v. 813, ubi quod vacuum spatium in *B* extare post *emisse* dixerat Ritschelius, non lacunae spatium est, sed personae (item post *meo* v. 745, de quo idem iam Seyffertus notavit). Versui autem etsi deest aliquid, tamen id utrum abscissum fuerit an velut *hasce* post *te* propter litterarum *ce* et *te* similitudinem omissum, dici nequit. Cum v. 1012 defectu in altera parte senarii signato cohaerere potest, quod qui duodevicesimus est ab illo (intercedunt XX senarii cum scaenae inscriptione) in priore septenarii parte in *P* claudicat: *Mihi nisi erum* | *ut metuam* (NISIUTERUM collocat *A*): ubi vix de *ut* abscisso et alieno eoque exquisitiore loco suppleto cogitaverim, sed potius de eiusmodi supplementis congruis:

992
MIHINISI⟨USQUE⟩ERUMUTMETUAMETCUREMNIHILESTQUITERGUMTEGAM
1012
QUIDATRANIONESERUO#MULTO⟨HERCLE⟩IDMINUS

Nam etiam in v. 1012 aliam recensionem *A* videtur secutus esse, siquidem MULTOMINUS versum claudere videtur ita, ut quod praecedat spatium reliquis verbis in *P* servatis non

*) Ex his v. 618 sq. et 802 sq. etiam Ritschelius supra commemoraverat: adiunxit autem v. 804 (de quo dictum est) et v. 644 sq., ubi maiorem lacunam perperam statuit, cum de minore defectu infra dicendum sit.

expleatur (unde conicere possis velut # IDPOLMULTOMINUS fuisse). Neque quos primos Seyffertus posuit versus responsione carent omnes. Nam cum v. 629 lacuna post *credit* (pro *credit⟨um⟩*) coniungenda est v. 609 discrepantia, ubi TUNC(pro TU⟨NU⟩NC)MEISTIS *A* habet, contra *CD nunc me tu istis*, *B* vero *nunc me tu tuis*: unde suspicor in medio versu (ubi UM deest loco congruo) abscissas fuisse IST litteras, quae recte suppletae sint in codicum *CD* archetypo, cum *B* ⟨*tu*⟩*is* potius suppleverit nequaquam inepte. Porro versibus 624. 625 ex tradito versuum ordine respondent v. 607. 608, quorum prior versum claudit per *belum* pro *beluam*, cui defectui respondebimus, si cum Seyfferto initio v. 624 *At* supplemus: contra v. 608 etsi in *B* optime procedit, tamen notandum, quod *C* in medio versu *quẽ* cum spatio exhibet, ubi *D quam* habet pro *quem*. Quae cum ita sint, *qu* vel *q* tantum in archetypo relictum fuisse puto, unde recte *quem B*, initio *quę*, dein *quẽ* (i. e. *quem*) *C*, denique *quam D* suppleverit (ut supra vidimus v. 742 in *BC* recte restitutum esse et alia alibi similiter): quod si verum est, etiam v. 625 defectus summa cum probabilitate medio versui tribuitur, ubi *a te* vel *aps te* inter *Id uólo dici mihi* et *id me scire expeto* optime quadrat. In versibus 616—620 nihil deest v. 617 neque v. 618 defectus (*hercle* ⟨*te*⟩) neque v. 620 menda huc spectant: v. 619, qui incipit ab *Obi* pro *Obi⟨cere⟩* tradito, oppositus est ex tradita versuum serie v. 644/5, in quo mendum vocis paenultimae *canorem* fortasse aliqua ratione cum illo detrimento cohaeret. Quod vero v. 616 ultimus pes deest (*meum*), nihil sane congruit in versu opposito (639): sed fortasse ita collocati erant senarii, ut fines versuum in pagina recta vacuum spatium in pagina aversa attingerent.

Porro ex parte extrema fabulae recte iam Seyffertus hos inter se versus contulit:

950
NONHICPHILOLACHESADULESCENSHABITATHISC⟨IN⟩AEDIBUS
972
LIBERAUIT # PHILOLACHES⟨NE⟩ERGO # ITAPHILEMATIUMQUIDEM*)

*) Etiam v. 937 *ne* ex *A* accessit: idque potest saltem conciliari cum loci oppositi corruptela, ubi *P* v. 965 *uostra* # exhibet pro *uostro* #

985
EDEPOL⟨NE⟩MEEIUSPATRIS⟨MISERE⟩MISERETQUIQUOMISTAECSCIET
1006 (ubi *qui* pro *quis* corrigendum: vide append.)
HAUDPOSTULOEDEPOL#UERUMCRASNISI⟨QUI⟩PRIUS

1033 DELUDIFICATUSTMEHODIEINDIGNI⟨SMO⟩DIS
1054 NAMSCIOEQUIDEMNULLOPACTOIAMESSEPOSSE⟨HAEC⟩CLAMSENEM

Sane tertio exemplo locus oppositus minus quadrat ad sedem prioris corruptelae: unde conicio in *P haec,* quod ex *A* accessit et plane necessarium est, aut ante *iam* aut post *equidem* potius intercidisse. Revera autem hos defectus ad labem communem redire, inde confirmare possum, quod qui proxime antecedunt versus item laborant lacunis plane congruis:

1032 TURBAUIT#IMMO⟨MI⟩EXTURBAUITOMNIA
1053 PERGUNTTURBARECUSQ·UTNEQUID⟨POS⟩SITCONQUIESCERE

Vnde egregium adiumentum adsciscit Bothianum supplementum v. 1032 vel saltem suspicio de defectu aliquo statuendo novoque exemplo refutantur hiatus fautores ignaviores. Proxime ab hac lacuna distat v. 1016:

QUIDAUTEM#QUODMEABSENTEHIC⟨TECUM⟩FILIUS

cui qui oppositus est v. 1039 post initium (*Sume* #) tam metro quam sententia adeo claudicat, ut de graviore lacuna etiamnunc cogitem: quam tamen antiquiori tribuam archetypo. Nihilominus olim *Sume, ut uis* vel tale quid (UTUIS = TECUM) fuisse potest. At nescio an cum v. 1016 lacuna illud potius comparandum sit, quod v. 1040 in archetypo aperte lacunosus fuit, quem libri produnt olim exhibuisse *Quis me emplis* pro *Quis med exemplis* vel rectius fortasse *Quis me ille exemplis.* Quodsi sic XXII versus intercedunt inter utramque lacunam, neglegendum non est unum ex his gravissima dittographiae suspicione premi, scilicet qui ex priore parte v. 1033 et altera v. 536 consarcinatus est v. 1035: *Deludificatust me hodie in perpetuom modum*: qui propter ipsam corruptelam v. 1033 fortasse additus est iuxtaque eum in margine olim adscriptus. Porro in medio versu et v. 1073 deficit (⟨*dare*⟩) et v. 1093 (ubi *iam* supplevi): quae lacunae si cohaerent, vel externa ratione versuum ordinem qualem Ritschelius restituit stabilirent, nisi dubitationem iniceret et quaestio de versu post v. 1085 amisso (v. s.) et illud, quod unus alterve versuum longiorum bipartitus esse potuit. Quin

etiam qui in libris antecedit et qui sequitur versus (1090 sq.) perturbati sunt: quae tamen perturbatio aliis rationibus facile explicatur. Idem cadit in defectus versuum 1113. 1114. 1120. 1122. 1160. 1166. 1172. 1177: quamquam in ultimis exemplis, si fabula finierit in pagina recta, cogitari potest ideo nihil respondere lacunis, quod pagina aversa ad Mostellariam iam non pertinuerit. Neque enim recte *empta* sub finem v. 1160 supplendum — inter *amica* (ubi facile propter litterarum similitudinem intercidere potuit) et *est omnia* — cum versus 1177 defectu conciliaveris. Etiam v. 976 ACSIMUL (vel potius ⟨#AIO#⟩ACSIMUL) facile propter litterarum similitudinem neglegi potuit post ASSIDUO, neque v. 962 et 984 detrimenta (Palatinis cum *A* communia) huc trahi possunt. Idem cadit in v. 904, cuius cum defectu fortasse cohaeret proximi versus difficultas, quam lingua librorumque discrepantia prodit: quamquam hic defectus incidere potuit in parte opposita in versiculorum 885 sqq. vacuum spatium. Item communis defectus est in v. 854 *), ubi *aliquis* ante *abducat face* fere certum est supplementum: quod sane facile consociari possit cum eo quod post initium v. 873 adhibendum est *Bonus si ⟨probi si⟩ improbi sunt malus fit*: sed utrumque detrimentum non minus recte ex litteris transgressis repetiveris.

Ex priore fabulae parte **) unum locum exhibet Seyffertus, ubi de lacunularum congruentia quamvis dubitanter cogitet:

355
QUIHODIESESEEXCRUCIARIMEAMUI⟨CEM⟩POSSITPATI
376
QUAESOEDEPOL⟨IAM⟩EXSURGEPATERADUENIT#TUUSUENITPATER ***)

*) Qui quartus est a v. 854 versus 851 si recte sub finem vocis *modo* decurtatum esse Ritschelius sumpsit cum aliis, lacuna in brevioris versiculi 870 vacuum spatium incidere potuit.

**) Quod v. 453 et v. 475 prorsus perturbati circumferuntur, eo certius ad lacunas ex parte obscuratas refero, quia ultimi fuerunt in folio gravissimas illas lacunas praecedente. Iam hoc quod antecedebat folium exibat in v. 413 sub finem corruptum et v. 432, ubi initio nescio an pro *Quom me amisisti* | *a te u. u. d.* velut ⟨*Sic*⟩ *quom me a.* olim scriptum fuerit. Quod vero nihil respondet gravioribus lacunis versuum 57 et 232, mirum non est, si quidem priore loco velut a *re bene* ad *remunerat*, altero a *referre* ad *rem ferenti* aberrare potuerunt librarii oculi.

***) Propter hanc ipsam congruentiam supplementum *iam* (= *eam*) praetuli ei, quod Ritschelius, Lorenzius, alii admiserunt, *te*.

Vix dubitasset Seyffertus de hac congruentia, si animadvertisset eam aliis in eodem folio detrimentis stabiliri. Ac primum quidem v. 363 initio detruncatus est: cui qui oppositus legebatur v. 343 brevior est, unde lacuna illic ipsa verba non affectavit. Tum vero v. 366 ante extremum vocabulum *adest* additamentum requiritur, quale Ritschelius (*in portu iam*) et Palmerus (*Piraeo*) excogitarunt. Huic respondebat v. 346, post quem qui sequitur cum Reizianum esse perspexerit Studemundus, Klotzius hunc aut senarium trochaicum esse aut eo tantum differre a Reiziano voluit, ut a trochaeis inciperet. Quae opinio quantopere ab omni probabilitate bonoque sensu abhorreat, non est quod dicam. Quare si ex lacuna congrua concludes mecum hoc quoque loco post principium *Quid ego* velut *hebeti* vocabulum intercidisse pronomini nudo *hoc* adiciendum, Reizianum recuperabis elegantissimum simulque intelleges v. 366 Ritschelii supplementum modum excedere — nam v. 346 cogitari non potest de vocabulo eius quod posuimus mensuram excedente — meliusque PIRAEO (= HEBETI) quadrare (cf. v. 67).

Porro in cantico de cuius versibus extremis modo diximus dudum Ritschelius duas lacunas detexit certissimas v. 320 et 335b: quas non dubito quin eidem damno attribuere aut possimus aut debeamus, cum qui intercedunt versus ex diversa cantici discriptione facile olim paginam plenam occupare potuerint. Ac v. 325 fortasse vel melius sic distinguetur:

Ó-o-ocellus és meus:
Túos sum alumnus, mél meum.

Item v. 328 ex media corruptela dubius*) ad eandem formam revocari poterit:

Síne sine cadere mé. ⌈ Sino.
⌈ Símul hoc quod mihi ín manust.

Praeterea de duobus monometris cogitari potest v. 333 et de versuum 322 sq. vel 334 solutione, ut taceam multo improbabiliores dissectiones, quales haud raro in codice antiquissimo deprehendimus.

*) 'quod mihi in manust' ad unam Delphium spectare potest, quam et se sinere iubet et manu tenet ebrius, ut v. 329 docet.

Simile vero exemplum atque adeo multo luculentius primum canticum praebet. Vbi quin v. 151 sqq. non unam, sed plures lacunas graviores perpessi sint, nemo dubitat. At prorsus eadem est condicio v. 130 sqq.: ubi nisi commentis vanis qualia in appendice tetigi sermonem sensumque Plautinum obscuramus potius quam declaramus, et in *tum iam* particulis offendimus in media enuntiatione neque *Eatenus* habemus quo referamus*), denique metrum una cum sententia non uno loco claudicare sentimus. Iam cum a v. 130 usque ad v. 150 in *B* XX versus sint, ex iusta discriptione (cuius vestigium ipse *B* servavit) XXII, facile olim XXI fuisse statuimus, nisi forte in eo archetypo, ad quem hae lacunae redeunt, XXII versus in pagina fuerunt, quem numerum aliis ductus rationibus Gundermannus archetypo antiquiori vindicare studuit. Iam quomodo lacunae versuum 130 sqq. et 151 sqq. sibi respondere potuerint, exemplo in apparatu adscripto demonstratum est: neque ultra procedere in perturbatione tam intricata possumus. Quodsi quis eiusmodi commentum pro inani lusu et hariolatione habet, quomodo iudicabimus de eo, qui neglectis lacunis apertis ex ipsis verborum versuumque frustulis contextum metrumque refingi posse fingat?

Iam vero his lacunis freti si olim v. 111—131 et v. 132—153 sibi respondisse concludimus, accedit quod in v. 111 primum verbum dubitationem movet, v. autem 112 inter *Tigna putefacit per* et *operam fabri* syllaba *dit* intercidit rectissime a Bergkio restituta. Num igitur casui tribues, quod ex codice *B* intellegimus extremum vocabulum v. 132 ex parte olim obscuratum fuisse, cum in medio v. 133 longe alia ex causa visum sit *fui* inferre, quod in fine versus (item ut v. 134) extat, ubi facillime suppleri potuit, si olim FUI (= FUT) lacuna perierit? Tum in folio antecedenti cogitari potest de detrimentis versuum 84 et 86 (inter quos scaena intercedit) cum v. 104 (olim bipartiti) et 106 defectu coniungendis,

*) Nequaquam recte Ritschelius ipsam vocem et libris et glossario traditam propter singularitatem mutavit: quam non modo *iatenus* in Bacchidum v. 168 tuetur, sed ipsa maxime singularitas, cum Plautus vocibus singularibus scateat. Ceterum etiam *Igitur tum* particulas v. 132 editores omnes male apodosin incipere voluerunt.

quamquam huic coniecturae non multum tribuerim. Denique *cures* verbum sub finem v. 208 abscissum nescio an corruptum v. 187 initium attigerit, versu vero 171 lacuna (*Vt lepide omnes ⟨mo⟩res tenet sententiasque amantum*) auget suspicionem de v. 194, ubi si *mihi* pro *mei* forma exquisitiore inferimus, lenem, sed inanem medelam adhibemus meliusque ex media lacuna locum sanabimus*).

Quodsi has quas tractavimus lacunas aut omnes aut certiores**) saltem conferimus cum tabula, qua Seyffertus priorem fabulae partem singulis archetypi foliis discribere modeste studuit, plerique non congruunt loci. Quae tabula etsi similibus dubitationibus obnoxia est, de quibus supra diximus in quaestione de extrema fabulae parte ex archetypo distribuenda, tamen omnino aegre continget, ut versuum discriptionem ex his lacunis conspicuam simplici computatione cum ea concilies, quae in media parte ex argumentis certissimis erui potuit. Neque tamen sic aut dubitationibus removentur, quae effecimus, aut dubitatio movetur de turbis gravioribus, quibus admissis versuum discriptiones cum quaternione illo medio concinant. Immo sumendum erit — id quod etiam in media parte de loco quodam statuendum erat — alii eique antiquiori archetypo tribuendas esse has lacunas a librariis ipsis non indicatas, sed ex metro lingua sententia certas, alii vero eas, quas plerasque spatiis vacuis librarii signarunt. Neque enim uno tenore eodemque tempore haec damna illata esse etiam inde patet, quod partem lacunarum *A* cum *P* communem habet***), qui in aliis multis a labe immunis remansit.

---

*) Sane ex vulgata v. 194 conformatione *Scapha* nomen eundem ante caesuram locum tenet, quem v. 158. 166. 170 occupat. Sed v. 215 initio legitur, v. 223 in altera septenarii iambici parte: item mox in septenariis trochaicis v. 248. 260. 282 apte claudit versum, sed v. 252 eadem ratione collocatur, qua ex coniectura nostra v. 194 ponitur. Denique in v. 174, ubi plerique item ante caesuram posuerunt, similem locum habebit atque v. 215. 223, si sedem corruptelae in medio versu quaerimus, quo facto uno loco, non duobus ut ceteri, versum corrigimus.

**) Incertioribus addi potest v. 204, ubi 'aere' vel 'sumptu' sub finem desideratur, cum v. 224, ubi *sat* unus *B* habet, quod facile ex v. 247 suppleri potuit. Quae si cohaerent, rectius de *liberauit* ⟨*aere*⟩ et ⟨*Satis*⟩ *si tibi* cogitabitur. Sed uterque defectus aliter explicari potest.

***) Sane Klotzius in censura Casinae a me editae negavit ullo

De lacunarum supplementis haec addidit Ritschelius: 'cum paullo ampliores lacunas eas, quae in sola coniectura positae sunt, tantum asteriscis notare soleam, supplementis in adnotationem reiectis, harum tamen, quae in ipsis codicibus comparent, supplementa nostra in continuitatem verborum recipere non dubitavi, ne in tanta earum et frequentia et saepe etiam supplendi evidentia nimis fabulae lectio impediretur. Nisi quod uno in loco, v. 723 sqq., librorum hiatum cum aliqua confidentia explere nescii. In hoc autem genere aliquantum vel eo profectum videbitur, quod satis multa in Palatinis exstare credita cognovimus soli Camerarii coniecturae deberi. Qui cum sua supplementa plurima, ut ad v. 537 sqq. diximus, in ipsas *B* codicis lacunas sua manu inscripserit, hoc mirum in modum fraudi eis fuit qui post Camerarium illum librum tractarunt. Et in Mostellariae quidem lacunis de Camerarii manu dedita opera testatus sum: in aliis fabulis cum de ea consulto taceam, non maior autem quam in Mostellaria aliorum prudentia fuerit, in promptu est recte iudicare, si quando a nostris priorum editorum de *B* testimonia discrepant'. Nos etsi certiora supplementa et ipsi in contextum admisimus et quaedam etiam audaciora, tamen multo plura aut aliorum aut nostra in apparatu protulimus de reliquis in appendice agentes.

Ad Ambrosianum librum deleticium ut pergamus, huius quaterniones XXXIX. XL et XLI, e quibus nihil aetatem tulit, exitum Mercatoris a v. 791 ad v. 1026 una cum priore parte Mostellariae ad v. 575 usque olim capiebant. Quae partes quomodo dispertitae fuerint etsi non licet ullo modo definire accuratius, tamen ubi ad iustum computum versuum paginarumque numeros provocaveris, sat probabilem prodire mensurae congruentiam recte Ritschelius dixit in praef. Merc. p. V. Illos autem qui excipiunt quaterniones, eorum haec est discriptio:

---

modo de eiusmodi corruptelis codici *A* cum reliquis communibus cogitari posse, quasi minus fragilis fuerit materia, in qua archetypi antiquiores scripti fuerint. Ceterum totius quaestionis gravitatem gaudeo quod Fleckeisenus, Langenus, Redslobius alii agnoverunt, item quod perversi ingenii homo irrisit: nam hoc quoque veritatis indicium.

A. a
199. 200 = 576—594. 595—613
B. b
71. 72 = 630—632, 653—669. 670—688 } XLII
77. 78 = 689—705. 706—724
C. c
201. 202 = 759—777. 778—796
D. d

295. 296 = 826 — 841. 842— 858*)
E. e
453. 454 = 891b— 906. 907— 922
447. 448 = 923 — 939. 940— 958 } XLIII
463. 464 = 959 — 975. 976— 992
459. 460 = 993 —1009. 1010—1026e
F. f
301. 302 = 1042 —1059. 1060—1073

Ex his octo membranas tractaverat Ritschelius et Parerg. p. 440 digesserat: pauca quaedam accuratius definiebat in editione ex Schwarzmanni**) collatione Fleckeiseni beneficio

*) Sic cum hanc paginam 296 circumscriberet, haec addidit Ritschelius: 'cum ego, quo versu terminetur, indagare non potuerim, Schwarzmanni collatio testatur eius paginae versum XVI esse fabulae versum 857 (vulgo scaenae 2. act. III extremum), hunc excipi a novae scaenae inscriptione versus XVII et XVIII occupante, ultimum esse novae scaenae primum, e quo tamen nihil scripturae Ambrosianae afferitur. Quibus omnibus cum par sit fidem haberi, tamen cum hunc ultimum Schwarzmannus putavit esse fabulae v. 904, fefellit eum, ut facile apparet, tralaticia scaenarum discriptio, exordiens ea ab hoc versu scaenam 3. actus III eamque scaenam ipsi versui 857 continuans. Neque enim ullo pacto esse dubium potest quin ea scaena, cuius primo versu pagina 296 terminaretur, fuerit prima actus IV e vulgari discriptione i. e. ea ipsa cuius nunc versu 858 initium fit: id quod et versuum 932. 33 in pagina 447 continuitas et interiectorum inter v. 858 et 923 intervallorum computatio (quam singillatim persecutus sum Parerg. p. 441) tam planum faciunt ut non possit contra dici'. Atque ipsum 858 legit Studemundus in fine paginae.

**) Addidit Ritschelius: 'Qui etsi eam membranam, quae certissimo documento est recte a nobis collocatorum versuum 904—932 (h. e. scaenae 3. act. III e vulgari discriptione), complectens ea paginas 447. 448, ne attigit quidem, in aliis tamen multo plura quam aliquot post annis ego legere potuit: contra atque de Pseudulo testatus sum praef. XIII. Cadit id, ut frequentata a me *As* nota docet, praeter reliquas

commodatae. Duas membranas (p. 453 sq. 459 sq.: quas *F.f* et *G.g* signaverat Ritschelius: unde *H.h* fuit quae nobis *F.f*) Geppertus demum adiecit, etsi non prorsus vere eorum ambitum circumscripsit. Multo plura Studemundus correxit atque addidit cum in commentatione de crisi Plautina*) tum in apographo. Denique ipse post illum a. MDCCCXCI Mediolani has membranas excussi, qua collatione quae effeci neque multa neque admodum gravia ita in apparatum adhibui, ut a testimoniis Studemundianis diligenter distinguerem: non ut meam operam qualemcumque efferrem, sed ut fidei satisfacerem tam illius quam lectorum criticorumque gratia.

De deperditis membranis haec Ritschelius docuit: 'De *E.e* [et *F.f*] quo minus dubitationis relictum est, eo plus offensionis intervallorum computatio praebet in aliis. Levius est, quod pro eis XXXVIII senariis, quos *B.b* tenuit, in Palatinis tantum XXXV leguntur. Nam duas in illa parte lacunas esse, alteram post v. 648, alteram v. 644 sq., partim sententia arguit partim grammatica ratio simul atque ea demonstratio quam e Palatinorum condicione supra duximus. Aut igitur harum lacunarum in *A* supplementa exstabant tribus versibus comprehensa, aut versibus 631. 632, quos nos demum huc transtulimus, eodem loco fortasse iam in *A* collocatis (iteratis igitur per errorem in pag. 71) alterutram saltem lacunam versus singularis explebat. — Aliquid etiam in *C.c* desideratur. Quippe e XXXIV (sine v. 741) versibus quattuor dispesci per binorum spatium, etsi nihil insoliti habet in tetrametris, tamen nimium esse videtur in ea scaena in qua praeter octo tetrametros solos reliqui breves sunt omnes. Quo plus fidei lacunae notis nostris accedit post

in paginam 201, ex parte etiam in p. 77. 78, item in principia paginarum 199. 200. Perpauca utrique nostrum apparuerunt in p. 71. 296. 301, pauca in p. 447, non adeo multa in p. 199. 72. 78. 302: ceteris omnibus integriores repertae sunt p. 202. 295'. Ceterum *As* notam penes nos praeeunte ipso Ritschelio in altera editione Trinummi iam Studemundi potius lectionem significare, vix est quod dicam. Ex Schwarzmanni vero, Ritschelii, Gepperti testimoniis perpauca tantum certis de causis commemoravimus, pleraque omisimus.

*) 'Festgrufs der philol. Ges. zu Würzburg an die XXVI Vers. d. Philol. u. Schulm.' ed. Wirceb. a. MDCCCLXVIII: quam commentationem breviter notamus 'Festgr.'.

v. 747 positis: praesertim cum talis qualis ibi in Palatinis fit coepti sermonis interpellatio minime Plautina sit. — Non magis, nisi fallor, sufficiunt interiecti inter v. 796 et 826 versus XXXI, in quibus octo sunt brevis mensurae, ad complendam membranam *D. d*, praesertim detractis quos post v. 816 duos exturbavimus. Nec tamen ubi aliquid intercidisse videatur, nunc magis quam olim Parerg. p. 464 dicere possum. Quamquam etiam alibi sane, ubi in Palatinis lacunam esse ipse Ambrosianus evincit, ut post v. 939, quis tandem deesse aliquid assequi divinando potuerat? vel quis post v. 1054 tantum quantum deesse idem ille codex docuit? — Longe autem plus versuum quam qui sunt a 992 ad 1042 requiritur ad quattuor paginarum *G. g. H. h* [immo *F. f*: vide supra] ambitum explendum: parum enim prodest quod nostra coniectura factum est v. 1018 sqq. incrementum. Hic igitur versus circiter XXIII, et eos quidem post v. 1026, intercidisse satis videor Parerg. p. 464 sqq. disputasse. — Verum enimvero, cum has quidem discrepantias omnes aliquo modo expedire licuerit, una calculorum difficultas restat, cuius removendae satis probabilis via nulla praesto sit. Nam qui post paginam 302, in cuius fine quaternionis numerus XLIII apparuit, reliquus est exitus fabulae versus circiter CX complectens, cum non possit plures quam septem octove paginas occupasse, quid tandem esse dicamus quod proxima in Ambrosiano fabula, quae est Miles gloriosus, non in quaternione XLIV, sed in XLV demum incipit? Etsi enim in hac quoque parte non potuimus non duas lacunas signare v. 1086 et 1150, tamen has non licet ullo pacto tantas cogitare, ut ferme ducentorum vel saltem CL versuum spatio explendo sufficiant. Quae cum ita sint, nisi aut unum fuisse quaternionibus binionem interiectum putabis aut quattuor paginas vacuas relictas aut magnam aliquam fabulae partem per errorem bis scriptam: quorum nihil a reliqua condicione Ambrosiani codicis valde commendatur: aut non liquere fatendum erit, aut (quod summa cum dubitatione atque verecundia conicio) de omissa in Palatinis appendice cogitandum, qualis potuit geminus ex alia quadam recensione exitus fabulae esse ad Poenuli atque Andriae similitudinem'.

Ex hac disputatione utique probandum erit, quod in membrana *B. b* trium senariorum defectus repetitur ex unius versus post v. 648 lacuna — nam de v. 644 sq. (item ut de v. 1150) erravit Ritschelius — et ex versibus 630—632 suo loco in *A* lectis, quo loco etiam Servius legit in testimonio a Ritschelio aliisque minus recte lecto intellectoque, cum versum 647 (ubi vide) dicat 'paulo post' v. 630 a Plauto illatum esse. Contra in membrana *C. c* neque Ritschelius nobis aliisque persuasit post v. 747 aliquid deesse neque Seyffertus ante v. 728 truncatos esse versus nonnullos, quem supra (p. XI sqq.) refutare studui. Atque etiam Studemundus negavit in hac parte accuratiorem spatii computationem de *A* institui posse, cum versus ex parte lacunosi sint — quod spectat ad v. 742—744, quos tamen tres tantum fuisse ex congruenti lacuna certum est, — ex parte vero liberioribus metris compositi. Non minus dubia est lacuna, quam in membrana *D. d* parum definite Ritschelius admisit. Videntur sane ex Palatinis VII versuum bacchiacorum reliquiae et XXIV septenarii trochaici XXXVIII in *A* versibus respondere vel potius non satis respondere. At vero primum quidem non est, quod ex his duos versus post v. 816 traditos ab Ambrosiano abiudicemus (vide infra): tum vero ex aliorum locorum similitudine vix errabimus, si inter bacchiacos colloquium inter Theopropidem Tranionemque continentes et insequentem dialogum inter hos Simonemque septenariis trochaicis compositum olim scaenae novae inscriptionem duos versus in *A* occupare potuisse sumimus. Sic vero V tantum, non VII, versus longiores olim bipartitos fuisse ex XXIV efficitur idque nequaquam nimium videtur (cf. v. 804. 807. 808. 814. 815). Nam quod Ladewigius Philol. XVII p. 471 sq. coniecit in hac fabulae parte post v. 802 mentitum esse Tranionem rure abesse Philolachetem, quod illum fecisse ex v. 929 sq. 1076 comperimus*), etsi huius rei mentionem antea fieri debuisse

*) Ex his locis cum intellegatur quantum huic mendacio in ipsa fabula tribuatur, facile cogitare possumus hanc rem etiam in ipso Argumento olim commemoratam fuisse, quo loco iam insanum illud *primum* (*emigratum*) legimus, itemque in adventu Callidamatis v. 1129 Tranionem dixisse *uideo huc rure incedere*, quo loco item versus mira fato corruptus est. Nam probe scit illum a Philolachete venire.

suo iure dixit (adde Langenum Stud. Pl. p. 173 sq.), tamen eiusmodi additamentum importunissimum esse, quo loco senex nihil agit nisi ut aedes inspicere possit, iam Lorenzius monuit in editione priore p. 255. Illi rei commemorandae unus, si quid video, aptus erat locus, ubi ex aedibus paternis omnes emigrasse Tranio fingit v. 470 sq. Nam patrem filium quaerentem familiaribusque exspectatum se venire opinantem tum maxime quaesivisse, quonam emigrassent et ubi tandem invenire posset filium, fere necessario concludimus. Neque quidquam aptius tum fingere potuit Tranio tam ex rerum veri similitudine quam ex consilii calliditate, quo longius diutiusque patrem a Philolachete removeret, quam rus illum abiisse. Itaque post v. 470 sq.:

Quia septem menses sunt, quom in hasce aedis pedem
Nemo intro tetulit, semel ut emigravimus

intercidisse aut eiusmodi versiculum:

Th. Quid ais? ubi ergost Philolaches? Tr. Rus se abdidit

aut plures adeo versus similis argumenti probabilissimum esse duco. Quae cum ita sint, in membranis *C. c* et *D. d* auctiorem fuisse Ambrosianum aut negamus aut demonstrare saltem non possumus. Contra plane confirmatur Ritschelii iudicium de maiore lacuna post v. 1026, ubi iam quattuor versuum reliquiae ex ipso *A* accesserunt, quem ex insequentis folii deperditi computatione probabili XXI insuper senarios continuisse Studemundus effecit, ut propemodum recte 'circiter XXIII' desideraverit et exempli causa refinxerit Ritschelius (cf. append. crit.). Denique in exitu fabulae rectius non de quaternione XLIV, sed de binione deperdito cogitandum esse et Hasperus dixit in commentatione de Poenuli exitu duplici p. 9 adn. et Studemundus probavit in apographo, 'praesertim cum alibi quoque in fabularum exitu biniones adhibitos esse constet' (cf. Pers.[2] praef. p. IX adn.).

Porro de transpositionibus agens Ritschelius scripsit: 'Quae fabula integris scaenis amplisque scaenarum partibus inter se traiectis turbata est, eam mirum esse non potest etiam minores vel singularium vel pauculorum versuum transpositiones expertam esse. Idque iam Ambrosiani aetate accidisse cum alia persuadent, ut v. 631 sq. 741, tum eius

versus exemplum demonstrat qui vulgo est III 1, 81 (
1016. Quid autem, quod *THEOPROPIDI continuat Vssingius.* — tecum hic *cum Camerario R: cf. Geppertus de cod. Ambr. p. 22. Stud. Pl. II p. 79 et Kaempfius de pron. p. 31. Vide praef.*

1017. Mecumne *pro* Mecum ut *Gustavus Muellerus in progr. Gorlic. a. 1875 p. XV.*

1018 *sqq.* Dum tu hic abes *Camerarius* (hinc *Lambinus reduxit*). — negotia? quidnam aut quo die *Bothius.* negotii quidquam? at quo die? *Heinsius, ubi duobus lacunis admissis R* (*cf. Parerg. p. 465*):

Dum tu hinc abes negoti ⟨quicquam? TH. ne nega,
Etsi tibi aegre nunc est. SI.⟩ quidnam? aut quo die?
TH. ⟨Molestus ne sis: rem omnem in pauca conferam.⟩

Prius supplementum Vssingius probavit improbata sententia tam Lo-

renzii (negoti—? *distinguentis*) *quam Sonnenscheinii Leonisque Vindic. Pl. p. 8, de qua cf. in Woelfflini Archio IV p. 632.* — *Mox* Non memini (*pro* Non mihi) *Dissaldeus.*

1026 *sqq.* huc me specta *Camerarius.* ad me huc specta ℜ: *at cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 22, Langenus* '*Beitr.*' *p. 155, Bachius in Studem. Stud. II p. 206.* '*Post v.* 1026 (*non ante eum de Acidalii coniectura*) *gravem lacunam esse demonstravi Parerg. p. 466 sqq. Vbi hos fere versiculos lusi, ut quales ibi sententiae intercidisse viderentur, declararem:*

Nam quam ob rem accepisse id me argentum dictitas?
Th. Quasi uero has aedis hinc esse emptas nescias.
Si. Quas aedis aut a quo emptas dicis, te obsecro?
Th. Quas uendidisti gnato Philolachi meo.
Si. Egone ut uendiderim? quid quaeso in mentemst tibi?
Th. Frustra's nunc dissimulando. scio iam paenitet
Te has uendidisse: uerum id equidem hercle hau moror.
Si. Satin sanu's? an me ludificare postulas?
Th. Etiamne intendis? serio factum hoc negas?
Si. Nego hercle uero factum atque adeo pernego.
Quin ius iurandum tibi me polliceor dare,
Nil mi hic negoti fuisse cum gnato tuo.
Th. Qui nunc negas? quor non negabas antidhac?
Quor me inspicere has sinebas? Si. Quor ego, te obsecro,
Non sinerem, quom ad me seruom misisses tuum,
Meas has ut inspiciundi ueniam tibi darem?
Th. At eo ego misi, ut, quae intus essent mulieres,
Eis ne molestus essem ego aduentu meo.
Si. Longe aliut certe seruos memorabat tuus.
Th. Dic mi obsecro igitur, quid ille memorauit tibi?
Si. Tibi dicam: hic quod gynaeceum in meis aedibust,
Hinc capere exemplum uelle te dixit mihi.
Th. Quo mi autem exemplum? aut quo gynaeceum mihi?'

Sic ℜ, ubi deceptus Gepperti testimonio de cod. Ambr. p. 24 Vssingius et ante v. 1026 *unius versus lacunam statuit cum Acidalio Lorenzioque et de sequentibus supplementa excogitavit, quae apud ipsum sis videas.*

1028. hic *pro* hoc *Camerarius,* hinc *Gruterus* (*item v. 1029 pro* Hic) *dubitanter.*

1031. Vicini *def. Fleckeisenus Exerc. p. 19, alii.* — interii, perii *Camerarius.*

1032. immo, immo *Gruterus.* immo ille *Guyetus.* immo enim *Muellerus p. 499. Cf. post alios Christius* '*Metr.*'[2] *p. 336 et Klotzius p. 105. 168 contraque sentiens censor Belowii* '*philol. Anz.*' *XVII p. 44 et vide praef.*

1033. Te ludificatus est et me *Camerarius.* Ludificatust med *Acidalius.* Deludificatust me hodie ℜ *coll. v. 1035* '*duce Bothio*' (*immo cum Bothio*[2]), *addens:* '*licebat etiam* Deludificauit hodie me *vel* Deludificatus me hodiest *vel* Deludificatus est mē hodie' [*sic Weisius*], *cum de* med hodie *vel* me hodied *cogitet Nov. exc. I p. 90.* — *Ad* indignis modis *cf. Langenus* '*Beitr.*' *p. 111 sq. Woelfflinusque Archii VIII p. 144. Vide praef. et ad v. 1035. Ceterum possis* Eludificatust: *cf. 1040.*

1035. Disperdidit me ille *pro* Deludificatust me ℜ: *cf. Parerg. p. 473: ubi posse etiam de delendo aut hoc versu aut 1033 cogitari dixit: atque deleverunt hunc Lorenzius Langenusque Stud. Pl. p. 332 sq., illum Buggius, Sonnenscheinius, Vssingius obloquente Brixio Annal. philol. CXXXI p. 195 adn. Vide praef.*

1037. hercle obsecro te una *Pylades.* hac obsecro te una *Camerarius.* obsecro intro una *cum Palmero Sonnenscheinius Niemeyerusque l. s. s. p. 366: aut sic aut* ad te *Vssingius. Cf. Spengelius T. M. P. p. 220, al.*

1039. Sume. Th. eadem ⟨ego⟩ *Camerarius itemque* ℜ *addens* intus *ante* tibi (porro *Parerg. p. 467*), *sed* operad *corr. Nov. exc. I p. 72: ubi post* Sume *add.* hinc *Muellerus p. 507,* a me *Sonnenscheinius cum Palmero, post* eademque *autem* ut *Bergkius Opusc. I p. 689. Cf. Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 22 et vide praef.*

1040. Quis me exemplis hodie ille *Camerarius.* Quis me hodie exemplis ille ℜ, *addens 'potueram etiam* hodie exemplis me ille ludificatus *vel* hodie exemplis me deludificatus', *sed postea cum Bothio faciens Nov. exc. I p. 37.* Quibus (*vel* Quot is) me exemplis hodie *Muellerus p. 507 adn.* (*cf. 'Nachtr.' p. 82*) *itemque, sed* med, *censor Sonnenscheinii 'philol. Anz.' XVI p. 321.* Qui is hodie exemplo me (*et* deludificatus) *Sonnenscheinius refutante Seyfferto cens. p. 995.* Quis (*vel* Quibus) me ille exemplis ℭ: *vide praef. Ceterum* eludificatus (*quamvis facile* e *repetas ex praecedente* hodie) *defendo coll. Amph. 265, al.:* ludificatus ℜ *cum ceteris.* — sit *pro* est *Beckerus in Studem. Stud. I p. 245: cf. Fuhrmannus Annal. philol. CV p. 827.*

1042 *sq. Ad* nauci *cf.* ℜ *Opusc. phil. II p. 424, Lochius de gen. p. 8. 33, L. Muellerus Philol. XXXVII p. 357 sqq., Mentzius in Dissertat. Ien. IV p. 45, al. — Post hunc v. lacunam significabat* ℜ (*cf. Parerg. p. 468*), *cum Bonnetus Annal. philol. CXI p. 885 versum potius magistello tribuat assentientibus Vssingio, Leidolpho de Festi locis Pl. p. 245 sq., aliis. Vtraque opinio ex falsa interpretatione orta est, quasi ad veriloquium notionemve spectet hic versus, cum Tranio significet se ne verbum quidem* nauci *novisse, sed frugi servum esse fortemque* (*cf. v. 591, Rud. 1321 similesque locos*).

1044. Nam herus me postquam misit rus, ut *Guyetus. — Cf. Woelfflinus Archii VIII p. 279 sq. Cogitari potest de* ut *delendo potius quam transponendo, si* arcessere *restituimus. — Ad. v.* 1045 *cf. Abraham Stud. Pl. p. 239 et Skutschius 'Forsch.' I p. 129.*

1046. Ostium . . . . est *pro parenthesi habebat Bothius.* — in angiportust, eius ℜ, *addens:* 'horti *libri e prava interpretatione. Nihil vel Lambinus vel Acidalius profecerunt.* foris, *sed adverbialiter, Camerarius'. Cf. Doederlinus de etymol. et synon. Lat. V p. 214.* horti *cum* Ostium *coniunctum non plane improbat Seyffertus,* eius (*vel* ei) *non desiderari monet Goetzius.*

1047. qua — qua *pro* et — et *Muellerus p. 564 Kochiusque Em. Pl. p. IX recte reiciente Klotzio p. 152* (*cf. ad Pers.*[2] *67*).

1050. Quem quum uočaui *Pylades.* Quem cum conuocaui *Camerarius.* Quom eum conuocaui ℜ. *Cf. Luebbertus Stud. gramm. II p. 60. 221.* — atque illi se *Sonnenscheinius.* eccilli me *Geppertus Trin.*[2] *p. 140. Cf. post Palmerium, alios Ballas de partic. copul. p. 42 sq.*

1051. egomet uideo rem uerti in meo foro *Pylades, ℛ.* ego me uideo deprensum in medio fore *Vssingio,* me uideo uenire in medio foro *Niemeyerus l. s. s. p. 366, acumen sententiae pervertentes. Cf. Rostium Opusc. p. 137 sq.* — *Ad v.* 1053 (*ubi* uti ne quid sit *Bothius*) *vide praef., ad v.* 1054 *cf. Studemundus 'Festgr.' p. 66 sq. et Langenus 'Beitr.' p. 229 sq. et vide praef.*

1055 *sqq. 'Septem versuum' evanidorum argumentum* [*immo quinque, v. 1054 et 1060 bipartitis*] *hoc exemplo significabat ℛ Parerg. p. 449:*

Quibus dolis concenturiatis eum ego ludificatus sum.
Nam ut erum uidi gestientem falso mercimonio,
Metuo ne ad nostrum uicinum protinam contulerit pedem,
Pro emptis aedibus, quas inhiat miser, ut pretium solueret.
Ille ubi uendidisse se unquam eas aedis pernegauerit,
Neque se argentum accepse, sat scio rem esse factam omnem palam,
Quibus mendaciis celarim a gnato rem disperditam.

Vbi v. 1061 *Lorenzius* Praeoccupabo *exhibens cum Gepperto* (*ut etiam Studemundus corrigebat 'Festgr.' p. 67 praeter necessitatem*) *supplebat* hanc aram (*quod* Occupabo *potius requireret*), *cum Vssingius* ut (*pro* et) foedus feriam *corrigat praeter rem.*

1062. proxime uiciniae *ℛ coll. Bacch. 205. Mil. 273.* proxumae uiciniae *Buggius Brixiusque: at vide Buechelerum de decl. p. 62, Luchsium apud Brixium ad Mil. 274, Goerbigium 'nom. quibus loca signif. us. Pl.' p. 9, Seyffertum Burs. Annal. XLVII p. 49.* — *Ad v.* 1063 *cf. Luchsius comment. prosod. II p. 13 adn.*

1064. astate illi *Acidalius, Engerus de pros. p. XVI, Muellerus 'Nachtr.' p. 44.* ista state *ℛ Parerg. p. 450. Cf. Bachius in Studem. Stud. II p. 267 sq.* — *V.* 1065 *non recte cogitaveris de* maniclas *forma.*

1067. Quoius hic ego ludificabo *Guyetus.* Quoius ego hodie ludificabor *ℛ duce A.*

1069. *De* astute (*del.* mihi) *cogitabat Weisius: cf. Fleckeisenus Annal. philol. LXI p. 19.* — captandust *Pylades, om.* cum illo*: cf. Langenus 'Beitr.' p. 241 sq.*

1070. extemplo meum ostendam sensum *Camerarius* (*om.* ita). extemplo iram ostendam: sensim *ℛ. Cf. Spengelius T. M. P. p. 9. 240 Studemundusque Annal. philol. XCI p. 70* (*ibid. CXIII p. 59 ad v.* 1071). — *Ad v.* 1073 *cf. Skutschius l. s. s. p. 126.*

1074. huc (*om.* ille) *ℛ, inconsulto ut vid.* illum (*an* illum huc*?* illunc *secundum Bothium*) *Acidalius 'veteres' antestatus.* — *Ad* rure (ruri) *v.* 1076 *cf. Langenus 'Beitr.' p. 308 sq., Neuius I² p. 240. II² p. 673, al.*

1077. Philolaches⟨que⟩ *Bothius.* — mihi opportune aduenis *Dousa.* opportune mi aduenit *cum Guyeto ℛ.* opportune mi aduenis *Niemeyerus l. s. s. p. 366: at cf. Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' IV p. 47.* — *Ad v.* 1078 *cf. Bachius in Studem. Stud. II p. 158.*

1079. qui neget *Vssingius dubitanter.*

1081. *Totum v. spurium habebat Weisius, item Vssingius.* — nunc tu *cum Bb Camerarius, ℛ.* tu nunc *Kaempfius de pron. p. 26.* — namque illic quidem *Bothius.* — haut ⟨edepol⟩ *ℛ.* ⟨edepol⟩ haud *Luchsius Herm. VIII p. 122* (*cf. VI p. 277 sq.*) *et comment. prosod. II*

p. 4: cf. Kellerhoffius in Studem. Stud. II p. 71, Sigismundus de HAVD *partic. p. 257.*

1085 *sqq.* neque sibi argentum datum. TR. est. TH. Dixi ego i. i. i. *Buggius.* neque sibi esse argentum datum. Dixit. Nego i. i. i. *Boxhornius. Post* datum *Vssingius supplebat:* TR. An iurando quod debetur hac in urbe soluitur? *Cf. Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' XII p. 637. Ad* istuc idem *vel* idem istuc *cf. ℞ Opusc. phil. II p. 418, Niemoellerus de pron.* IPSE *et* IDEM *p. 45, Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 21.*

1089. et illum in ius iube ire. TH. iam mane *Camerarius: ubi* itan? *pro* iam *Acidalius.* cita illum in ius. TH. si ueniat. TR. mane *Bothius.* cita illum in ius. ibo, inueniam. TH. mane. *℞ itemque, sed* sine inueniam, *Buggius improbante Langeno 'Beitr.' p. 310 sq.* conuincam illum in ius si ueniam. mane. TH. (*et pro* quin *fortasse* ego!) *Vssingius.*

1090. Experiar, ut opinor, certum est. TR. mihi *Aldus probante Seyfferto (cf. Muellerus Annal. philol. LXXXIII p. 267 adn.): ubi omnia* THEOPROPIDI *continuabat Acidalius,* huc *post* mihi *inserebat Camerarius,* mihi *praeterea post* est *iterabat Weisius,* TH. certum est? *adiciebat Bothius (olim* Tranio), immo *ante* mihi *supplebat ℞ (post* opinor *gravius distinguens: ubi post* Experiar *Langenus l. s. s.),* TR. certum est, ⟨tu modo⟩ *scribebat Vssingius,* TR. certum | ést. TH. mihí hominem *defendebat Klotzius p. 133. 153. Cf. Luchsius in Studem. Stud. I p. 15.*

1091. hominem *om. Camerarius.* — iube aedis mancupio poscier *Dousa Explan. III 3 p. 312.* iube mancupio aedis posci *Bothius ('in reliquis insipiens' iudice ℞, cum etiam Rostius Opusc. p. 252 sqq. 'parum in his profecerit').* iube mancupio aedis poscere *℞, hoc loco delens* immo*: cf. 1090.* aedis iube mancupio poscere *Muellerus p. 192.* iube aedis tibi mancupio dare (= aedis tibi mancupare) *Lorenzius in append. edit. I.* iube aedis ⟨dare⟩ mancipio. poscere *cum lacuna reliqui versus et principii proximi Seyffertus. Cf. cum Demelius l. s. s. II p. 208 sq. 214 tum Costa 'Diritto priv. nelle com. di Pl.' p. 345 adn.*

1093 *sq. Somniat Schenkelius Stud. Pl. p. 27 [633] sq.* — Quid igitur si *cum Guyeto ℞, ubi* igitūr *def. Fleckeisenus Annal. philol. LXI p. 34 Wagnerusque Mus. Rhen. XXII p. 120,* hoc *ante* homines *inserebat Muellerus Pros. p. 48. Ceterum* ego *ex v.* 1094 *superiori v. (i. e. v. 1092) adsuebat Gruterus: cf. ℞ Prol. Trin. p. CXXIX, al.* — *V.* 1094 aram hanc *trai. Weisius, ℞: vix recte. Cf. Fritzschius ad Thesm. p. 274.* — *Ad v.* 1095 (*ubi* illuc *Schenkelius*) *cf. Langenus 'Beitr.' p. 265 sq.*

1096. ergo *pro* ego *℞: cf. Muellerus Pros. p. 30 sqq., Leppermannus l. s. s. p. 56. Cf. ad v. 1143.*

1098. ut illic istoc *℞.* ut illisce istoc *Schmidtius de pron. p. 69. Vide Klotzium p. 153.* — *Cf. Karlowa 'Roem. Civilproc.' p. 147 sqq., Costa l. s. s. p. 359 sq., Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 38 sq.*

1100. Quod agas *def. Muellerus 'Nachtr.' p. 141 adn., item Seyffertus.* — *Cf. Klotzius p. 274.*

1101. Nescis tu *Camerarius, errans is de prosodia vocis* meticulosa [*sic ℞: at cf. Amph. 293, al.*] *atque adeo* Nescis, nescis quam meticlosa *Gruterus.*

1102. hinc *pro* huc *Bothius*, ℜ: *cf. Brixius ad Mil. 81, al.* — consulerest igitur quiddam ℜ. *Cf. Vahlenus Herm. XVII p. 615.*

1103. Si tamen hinc consilium dedero? *Lorenzius artificiosius: idem v.* 1105 *duce Vssingio cogitat de* Vides— *pro* Vides?

1107. nihil quaesti siet, mali *Camerarius.* enim quaesti nil siet: mali *Bothius.* nihil quaesti sit: quia mali *Weisius.* nihil ei quaesti sit: mali *Fleckeisenus: 'cui praestiterit* enim nil ei quaesti sit: mali, *nisi cui transponere placeat* enim nil sit quaesti: ita mali' ℜ. nil quaesti sit. TH. quid id est? TR. mali 𝔅.

1109. Emunxti me *Kaercherus de pros. p. 62. Cf. Vmpfenbachius Melet. p. 45.* — Vide sis, satine recte num muci fluont *dubitanter Beckerus in Studem. Stud. I p. 140. Cf. Schraderus de -NE partic. p. 32 [286] Seyffertusque Burs. Annal. XLVII p. 28.*

1110. omne e capite emunxisti meo *Kampmannus de EX praepos. p. 10,* ℜ *addens: 'vix tolerabilis talis in caesura hiatus:* omne ‖ é capite emunxtí meo'.

1111. omnia ⟨iam⟩ male facta ℜ. omnia male facta ⟨ista⟩ *Fleckeisenus. Cf. Crainius Philol. IX p. 672, Wagnerus Mus. Rhen. XXII p. 427, Klotzius p. 261, al.*

1112. *TRANIONI hunc v. tribuit Niemeyerus l. s. s. p. 366. Cf. v. 1032.*

1113. hodie inultus destinauerim tibi *Pius: ubi* destinauerit *Camerarius,* destinaueris *Weisius* (*et* hoc hodie *et* tibi ‖ Iam *duce Bothio*), dissignaueris (*et* id hodie) *Salmasius,* designaueris (*et* haec hodie *et* mihi *pro* tibi) *Acidalius probante Bothio* (*sed* hodie haec *et* tibi *vel* hoc inultus hodie *et* Tibi iam) *et Madvigio Opusc. alt. p. 100 sq. et Buggio* (*sed* tu haec hodie *et* tibi ‖ Iam, *ut Weisius*), me obstinauerim *Dousa,* declinaueris (*et* Nusquam) *Gronovius.* tu haec facinora hodie inultus designaueris (tibi *in v. 1114 traiciens*) ℜ. me hocedie inultus ludificabis: nam tibi *Bergkius Opusc. I p. 679.* hodie inde abites: destinant tibi di malum *Niemeyerus l. s. s.* hodie hinc inuitus surgam – – – ⏑ – *Seyffertus Burs. Annal. XLVII p. 110* (*cf. 'Berl. philol. Wschr.' IV p. 49*), *ubi recte defendit personas in B traditas, editiones cum omnia THEOPROPIDI continuaverint.* uerba hodie inultus mihi dedisti: nam tibi *Vssingius. Cf. Bachius in Studem. Stud. II p. 284.*

1114. Iam iubebo ignem et sarmenta *Pylades.* Tibi iam iubeo ignem et sarmen *Bothius.* Iam ignem et sarmen tibi iubebo ℜ, *addens 'parum placiturum sit* Iam iubeo tibi ignem et sarmen': *cf. ad v. 1113.* arae *etiam Niemeyerus inseruit l. s. s. p. 366. Cf. Turnebus Advers. IX 12.*

1116. quia placeo *Kampmannus de AB praepos. p. 6 adn.* placeo: eo ℜ *cum Hermanno in Iahni Annal. XXXV p. 191.* quin placeo *Muellerus p. 346.* qui placeo *Buggius.* quom placeo *Fleckeisenus.* quia placo 𝔅: *cf. Ter. Ad. 114. Alia temptat Geppertus de eloc. p. 24.* — expetis? *distinxit Vssingius.* — *Ad v.* 1117 *cf. Brandtius de gen. p. 49.*

1118. auribus, ⟨cum⟩ oculis *Kochius Em. Pl. p. IX. Cf. Fleckeisenus Annal. philol. LXI p. 34, Wagnerus Mus. Rhen. XXII p. 13, Luchsius in Studem. Stud. I p. 17, Klotzius p. 258, al.*

1119. ergo nunc ego ℜ: *at cf. Spengelius T. M. P. p. 59. 231 et Kaempfius de pron. p. 27.*

1120. uideo illic *Lingius de hiatu p. 65.* huc ad nos uideo ℜ.

uides huc illim *Buggius.* uideo huc nunc *Redslobius* '*N. philol. Rundsch.*' *VIII p. 232.* uideo recta *Seyffertus. Ad* rure *add. cf. 1076, al.*

1122. Vbi somnum sepeliui omnem omnemque *Bothius.* Vbi somno meam sepeliui omnem atque ℞, *addens:* 'omnium (*sic*) *Bb, unde facile quis* Vbi somno consepeliui *efficiat. De* somno *iam Acidalius cogitabat. Nihil vitii Bentleius in Hor. carm. IV 9, 29 suspicatus est'.* iam *pro* meam *Vssingius.*

1123. mihi suum peregre huc ait *Gruterus.* mihi suum narrauit peregre huc *Camerarius itemque, sed* mihi narrauit s. p. h. *cum Weisio Kampmannoque de* IN *praepos. p. 31* ℞, *addens:* '*de* m. s. p. h. narrauit *cave cogites'. Vide praef.*

1124. '*Pro* Quóque módo hominem *vereor ne poeta* Quóque modo éum hominem *scripserit'* ℞. *Cf. Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 106 de* huc *vel* suos *addendo cogitans.*

1125. conspectum illius accedere *Pylades: ubi* procedere *Camerarius,* occedere *Scioppius Susp. lect. I 3.* conspectum patris irati occedere *Kampmannus l. s. s.* '*conspectum sui patris procedere *diu suppleveram, cum etiam in cod. Etrusco meo vidi* ſui patriſ *m. rec. ascriptum'* ℞.

1127. pacem. atque eccillum *Bothius.* pacem ei. atque eccum *Muellerus p. 688.* — *Ad v.* 1129 (*ubi* coenes. ⟦ salue et tu *Pylades,* coenes. te rogo *Lambinus, de* cenassis face *et* cenae siste te *cogitaverat Scioppius*) *cf. Lochius de imper. p. 19 sq.* — *Ad* Callidamates *v.* 1130 *cf. Fergerus de vocat. usu Pl. p. 9.*

1131. *Totum v.* TRANIONI *tribui iubebat Lomanus p. 49.*

1134. CA. Age mitto (*voluit* mitte) ista et ito ad me ad coenam. TR. dic uenturum, quid taces *Camerarius: ubi* istaec ito ad coenam *Bothius olim,* ista atque ito ad c. *idem postea.* CA. Age mitte ista et ad me ad coenam dic uenturum. q. t. *Lomanus p. 49: ubi* ista ac te ad me *Vssingius.* CA. Age mitte istaec: te ad me ad cenam dic uenturum. TR. q. t. ℞: *ubi* ista ac cito ad me *Seyffertus Philol. XXV p. 453 sq.* (*cf. Muellerus p. 284, Klotzius p. 70*). *Cf. Mahlerus de pron. p. 27 et Schmidtius de pron. p. 74 sqq.*

1135. in aram confugisti istuc *Guyetus.* istuc confugisti in aram ⟨hanc⟩ inscitissumus *Pylades itemque coll. v. 1094 Fleckeisenus: ubi* indu aram *Bothius,* ⟨hinc⟩ ℞, ⟨homo⟩ *Bachius in Studem. Stud. II p. 284 sq. Cf. Bentleius in Hor. Epist. II 1, 167, Spengelius T. M. P. p. 219, Muellerus p. 680.* — inscitissumus *pro vocativo habebat Bothius, cum* adueniens *coniungi mavult Seyffertus.*

1137. utrique *Meunierius* '*Mém. de la soc. de ling. de Paris*' *I p. 35: cf.* ℞ *Opusc. phil. II p. 694, Langenus* '*Beitr.*' *p. 15 sq.* — *Cf. Langenus Stud. Pl. p. 58. 174.*

1139. peccauisse *nescio an defendi possit, si proprio sensu accipias similiter ac* '*probrum culpa*' *usurpantur* (*cf. Anal. Pl. p. 24 sq. adn.*).

1140. Faenore *Vssingius: cf. 537.*

1141. Numquid fecit, nisi quod faciunt *Bothius del.* aliud.

1142. CALLIDAMATI *tribuit Niemeyerus l. s. s.* — nimis cluis *Scioppius.* nimis tu es *Pflugius apud Scioppium.* nimis quam es *Camerarius.* nimis mi's *fuit qui proponeret.*

1143. istinc *pro* istuc *Niemeyerus l. s. s. Cf. Poletus Hist. fori Rom. c. V et VII. Ceterum v.* 1143—1145 *post v.* 1096 *trai. Schenkelius Stud. Pl. p. 26 [632] sq.*

1144. *Tranioni totum v. tribuit* ℛ, tute *inserens ante* ad te. — hanc ad te accipito *trai. Guyetus.* — ad tete litem: enim istaec captio est *Bothius.* — em istic cautiost *commemoravit, non commendavit Lorenzius; cf. Epid. 701 et vide Langenum 'Beitr.' p. 263. 339 (adde p. 313 et Lochium de imper. p. 8. 10 sq.).*

1145. metuam igitur et ut tu *Camerarius.* metuam abs ted atque ut tu *Schenkelius. Vide praef.*

1146. minoris fecero praedam. Th. quid iam quibus *Pylades, et* quid iam *quidem 'ex codd. ant.', hunc v. et antecedentem 'fenestratos' dicens.* omnia facio prae quam me quibus *Gruterus (v. ad v. 1147) itemque, sed* quibus hic me *Bothius, qui 'transversum egit Kampmannum de reb. mil. p. 40'. Cf. Langenus 'Beitr.' p. 32. 112 et Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 22. Vide praef. Ceterum v.* 1146—1151 *post v.* 1172 *trai. Schenkelius Stud. Pl. p. 25 [631].*

1147. Me ludificatus es *'alibi' esse Pius scribit.* Ludificatus est *Gruterus (cf. ad v. 1146).* Ludificatust me ℛ. Me deludificatust *Sonnenscheinius (cf. 1033. 1035) obloquente Seyfferto cens. p. 995.*

1148. quis capi capite candido *'emendabat' Pius.* qui sunt c. c. *Camerarius,* ℛ. te qui's c. c. *Buggius.* 'quisquis capite candidost *vix vereor ne cui placiturum sit'* ℛ.

1149. Demipho aut Philonides *Camerarius itemque* ℛ, *intercidisse versiculum certum esse putans.* Diphilus aut Philonides .... *Bothius itemque, sed* Demipho, *Lorenzius.*

1153. paruomper *Kochius Annal. philol. CI p. 284. — Cf. Muellerus p. 260. — Ad v.* 1154 *cf. Brixius Lorenziusque ad Mil.*[2] *271.*

1155. Is me adiit: nam illum *Guyetus,* ℛ. Is adiit me: nam eum *Bothius.* Is adit me: nam ipsum *Seyffertus. Cf. Skutschius 'Forsch.' I p. 106.*

1156. Propterea quia fecit quae te *cum CD Buggius Vssingiusque.* Propter ea quae fecit, quia te 𝔖. *De* Propterea quia te quae fecit *cogitabat* ℛ *in adn. Cf. Luebbertus Stud. gramm. II p. 114. 247, Brixius ad Capt. 353.*

1157. ignoscas eius: est tuus *trai. Guyetus.* — adulescentiaique *Bothius recipiente* ℛ *improbante Hauptio cum Lachmanno in Lucr. p. 407. 'Vix placebit* adulescentiaeque ut, *multo autem minus hiatus tolerabilis* que eius' ℛ: *placuit* ut *Muellero p. 584, aliis, hiatus Klotzio p. 153, aliis.* illius *corr. Fleckeisenus coll. 1155. 1163. Possis* Stultitiaeque et adulescentiae. *Cf. Lochius de imper. p. 14.* — tuumst *Sonnenscheinius cum Reidio refutante Seyfferto cens. p. 995. Mox* tales ludos *ex codd. suis Lambinus. Cf. Landgrafius de fig. etymol. l. l. p. 20.*

1160. qui amica est *def. Scioppius Susp. lect. I 3.* quanti amica est *Camerarius.* qui illi (*olim* quid) amica est *Bothius. Vide praef. — Ad v.* 1161 conferemus *cf. Heraldus Observ. et Em. c. XLIII (in Ottonis Thes. iur. II p. 1368).*

1163. neque ego illi sum *Bothius olim,* neque iam illi sum *idem postea itemque, sed* illi sum iam *Weisius et* illi iam s. ℛ. — quicquam

⟨ei⟩ ℜ. — *Ad v.* 1164 *cf. Lochius de imper. p. 12. 19. 21 et Langenus Stud. Pl. p. 174 sq.*

1165. *Post* supplici *add.* iam *Acidalius, Heindorfius in Hor. Serm. I 3, 79,* ℜ, mi *Kochius Em. Pl. p. IX,* id *vel* id mi *inter alia Luchsius Studem. Stud. I p. 22 adn.,* ab eo *cum Palmero Sonnenscheinius* (*cf. ad Pseud. 345*). *Ad* supplici sumptumst *cf. Merc. 991. Pers. 854. Hiatui patroni exstiterunt Lachmannus in Lucr. p. 388, Luchsius l. s. s., Klotzius p. 133, alii.* — supplici satis habeo *Guyetus.* satis habeo supplici *vitiose Spengelius T. M. P. p. 237: cf. Geppertus 'Zschr. f. Gymn.' XX p. 213.*

1166. Ca. Dispudet istam ueniam. Tr. quid *Pylades: ubi* Dispudet *iterabat Gruterus!* Tr. Dispudet dari istam ueniam. quid *Camerarius.* Ca. Dispudet. Tr. dat (*vel* dedit) istam ueniam. quid *Acidalius itemque, aut* da, *Gronovius: ubi* dedit isti *praetulit Lomanus p. 49.* Ca. Dispudet. Th. dabo istam ueniam. Tr. quid *Bothius.* Ca. Dispudet. Tr. si istam das ueniam, quid ℜ: *ubi* istam si huic das *Vssingius.* Ca. Dispudet. Tr. post istam ueniam quid *Muellerus p. 277 adn. probante cum aliis Bachio in Studem. Stud. II p. 214, etsi vix recte* post *cum* nunciam *iungitur.*

1167. caedere multum *Vssingius.* caedere, caenum 𝔅. *Ceterum notabilis scriptura* iusum pendens (*Bb*): *cf. 'iusum et susum' apud Augustinum et 'giuso'.* — tamen etsi pudet *Gruterus,* ℜ, *item Seyffertus coll. And. 864: cf. Braunius Observ. gramm. p. 45.* tamin etsi pudet *Kochius Mus. Rhen. XXV p. 618.*

1168. te hercle ego *Guyetus.* hercle ego te *Bothius,* ℜ: *cf. Kaempfius de pron. p. 40 et Leppermannus l. s. s. p. 56.* — coniunctam *pro* istam cunctam *Dousa obloquente Gronovio.*

1169. Tranioni ⟨iam⟩ remitte hanc noxiam ℜ *'deleto, quod e proximis irrepsit, vocabulo.* Tranio remitte quaeso *Acidalius: quod vereor ut recte defenderim Parerg. p. 466'. Denuo defendebant Buechelerus et Fleckeisenus* (*cf. ad v. 560*) *dubitante Muellero p. 252.* remitte *non improbabat Christius Mus. Rhen. XXIII p. 568.* — *Ad v.* 1170 *cf. Lindsayus Philol. LI p. 368 sq., ad v.* 1171 *Rothius Quaest. gramm. p. 6.*

1172. *Cf. ad v. 1146.* — Ca. Mitte quaeso istunc. Th. hem uiden ut restat *Camerarius: ubi* hem se uiden ut iactat *Lambinus.* Tr. Mitte quaeso sis tu me. Th. uiden ut restat *Gruterus: ubi* Mitte, mitte quaeso istunc. Th. hem *Guyetus,* sis tu med. Th. hem *Bothius* (*olim* quaeso ⟨te⟩, istunc), tu me sis, hem, *Kaercherus de pros. p. 62. De lacuna post* istunc *cogitabat Weisius.* — uiden tu ut astat *Muellerus 'Nachtr.' p. 17: cf. Fuhrmannus Annal. philol. CV p. 817 et Beckerus in Studem. Stud. I p. 273 adn.* uiden tu ut ridens astat *Vssingius.* — restat *defendebat Pistoris.* — Eum uti mittam? *Seyffertus.*

1173. Th. quin si sapis tu quiesce *Pius.* Th. quin tu si sapis quiesce *Pylades.* si sapis, quiesce. Th. tu quiesce ℜ, *item Fleckeisenus post Guyetum. De* quiesse satiust *cogitabat Muellerus p. 277 adn.* (*cf. 660 adn.*), quiesce, sapias *Sonnenscheinius: at cf. Seyffertus cens. p. 996. Mox de* uerberibus *dubitat Muellerus l. s.*

1175. Ca. Nihil est profecto. age *cum B Camerarius. Veram personarum distributionem ex FZ revocabat* ℜ, *de* profectod *cogitans Nov. exc. I p. 87: ubi* profecto est (*et* age age) *temptat Muellerus p. 660,*

l gravius ulcus subesse putat. ⟨Hoc⟩ age iam *Fleckeisenus coll. rixio ad Capt. 444. Cf. Klotzius p. 116.* — iam sine, iam sine te *ruterus.* iam sine te hoc *coll. Poen. 380* ℞ *Nov. exc. I p. 37. 39.* iam ıe tu te *Vmpfenbachius Melet. p. 29.* nunciam sine te ℬ. *Cf. Spenlius T. M. P. p. 213.*

1177. Hanc modo unam noxae ueniam quaeso fac (*vel* da) *Bothius.* ınc modo missam noxiam unam quaeso fac *Lomanus p. 49.* Hanc ɔdo noxiam unam quaeso missam fac ℞. *De* Hanc modo unam ›xiam unci (*coll.* terrunci) quaeso fac *fuit qui cogitaret! Vide praef.*

1179. Ibi, ibi *Gruterus.* Ibi tum *Acidalius* (*cf. Muellerus p. 709*). i una *Bachius in Studem. Stud. II p. 377.* — cutrumque ℞ *Opusc. il. III p. 143. Cf. Klotzius p. 130.*

1180. en ℞: *cf. Brixius Em. in Pl. Capt. p. 17 sq., Ribbeckius partic. p. 30, Richterus in Studem. Stud. I p. 482.*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIA

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENI

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHO

TOMI IV FASCICVLVS V

CISTELLARIAM ET FRAGMENTA CONTINE

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIV

T. MACCI PLAVTI

ISTELLARIA

RECENSVIT

FRIDERICVS SCHOELL

ACCEDVNT DEPERDITARVM FABVLARVM FRAGMENTA

A GEORGIO GOETZ RECENSITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI IV FASCICVLVS V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIV

LYSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

ERVINO · ROHDE

PHILOLOGO · PRIMARIO
PSYCHOLOGO · SVBTILI
AMICO · CANDIDO

D · D

FRIDERICVS · SCHOELL · GEORGIVS · GOETZ

PRAEFATIO

CISTELLARIAM a Plauto conversam esse e Menandro recte statuerunt homines docti, ex quo Lambinus eumque secuti Porsonus 'Tracts and Miscell. crit.' p. 252 et Meinekius ad fragm. inc. XXXII [558 Kock.] versibus 89 sqq. reddita esse verba ab Hermogene de inv. IV 11 servata observarunt*). Sed quomodo inscripta fuerit Menandrea comoedia nescimus, cum et illud fragmentum sine titulo exhibeatur neque ulla earum quas novimus fabulas aut ex inscriptione ad Cistellariae argumentum quadrante aut ex alia ratione ad hanc fabulam referri possit**). Non inepte mea quidem sententia cogites de fabula aliqua *Σύρα* inscripta, cum postea demonstrandum sit versum quendam Cistellariae

*) Nihil egit Ladewigius Mus. Rhen. n. III p. 520 sq., qui etiam v. 532 sq. expressos esse ex Menandri fragm. LXVIII (688 Kock.) *ἐμὲ δ' ἀδικείτω* (?) *πλούσιος καὶ μὴ πένης· ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα* coniceret (quod minus recte a Menandro abiudicabat Porsonus). Nam contraria est utriusque loci sententia, cum apud Plautum Melaenis queratur potius quod pauperi non liceat aequa lege cum divite coniungi — ut 'iniquas leges' Cicero dicit de rep. II 37, 63, quibus adiectis conubia ut ne plebei cum patribus essent decemviri sanxerant. Recte sic locum intellexit qui in Argumento acrosticho scripsit re omni transacta Alcesimarchum Melaenidis vel potius Phanostratae filiam, 'ut erat nactus, ⟨aequa⟩ lege possidere'.

**) Nam quod Ladewigius l. s. s. p. 531 sq. de 'Perinthia' cogitavit non sine contaminatione et liberiore omnino modo a Plauto adhibita, incertum esse ipse concessit, prorsus improbabile esse vix est quod argumentis prolatis doceam. Nam et quae protulit inania sunt omnia et plane neglexit hanc coniecturam conciliari non posse cum ea ratione, qua Terentius in Andriae prologo de Perinthia loquitur: neque de Cistellaria et Andria valet, quod de illis dicit, 'qui utramvis recte norit, ambas noverit'. Cf. Dziatzko Mus. Rhen. XXXI p. 250 sqq.

ex 'Syra' proferre Festum, qui Mostellariae versus quosdam ex 'Phasmate' excitans graeci exemplaris titulum prodiderit*).

Quamvis vero et ipsum Plautum multum detraxisse graeci poetae subtilitati et elegantiae consentaneum sit et temporum iniuria haec maxime fabula detruncata ac deformata perhibeatur, tamen Menandreae originis sat multa vestigia supersunt. Quo minus mirabimur, quod vel lacera fabula et fere ad scaenas nonnullas male cohaerentes redacta haud mediocriter placuit hominibus ingeniosis. Ad quam et Boccaccius inter paucas Plautinas provocat**) et Molierius locos quosdam comoediae illustrissimae de feminis sapientibus conformavit***) et Iohannes Maria Cecchius magnam partem fabulae levioris "Gl' incantesimi" composuit†).

Atque ipsos etiam Romanos probasse Cistellariam cum aliis rationibus ostendere possumus tum inde, quod saepius actam esse haud dubia retractationis indicia demonstrant. Nam praeter alia, de quibus ambigi possit, de v. 125 sqq. et v. 510 sq. quam viri docti ex iusta ratiocinatione dudum conceperant suspicionem, ipsius memoriae auctoritas (cf. p. XXXV sq.) confirmat, cui cedent vel qui rationi confidere non audeant. Multo incertius iudicium est de Auxilii proloquio interiecto, quod plerique additicium esse iudicarunt. Certe nullo modo cogitari potest de narratione ad supplendas scaenas deperditas inventa: quae opinio eius fuit, cuius sollertem venustamque expositionem de Plauto ac Terentio in Ritschelii Opusc. phil. II sub finem legimus (p. 739). Nam deperditas

---

*) Ceterum haec observatio dubiam reddit dubitationem Ritschelii (Parerg. p. 153) aliorumque de 'Dyscolo' fabula Plautina: qui titulus quamquam abhorret ab ipsius Plauti consuetudine, cum unius Festi unico testimonio innotuerit (p. 170, 21), potuit grammaticus Menandream pro Plautina inscriptione substituere non aliter atque in 'Phasmate' originem indicat ac fortasse etiam in 'Syra'. Cf. p. XIII sq.

**) Cf. Hortis 'Studi sulle opere latine del Boccaccio' ed. Tergesti a. 1879 p. 389 et Koertingius 'Boccaccios Leben u. Werke' ed. Lips. a. 1880 p. 390.

***) Cf. Mahrenholtzius 'Molières Leben u. Werke' ed. Heilbr. a. 1881 ('Französ. Stud.' II) p. 272.

†) Cf. Ruthius 'Gesch. der ital. Poesie' II p. 583 et Reinhardstoettnerus 'Plautus. Spätere Bearb. plautin. Lustsp.' ed. Lips. a. 1886 p. 395 sqq.

esse scaenas non antiquo tempore, sed medio aevo ex Ambrosiano apparet: unde simul redarguitur eorum sententia, qui decurtatam esse fabulam a retractatore quodam crediderunt, cum casui potius foliorumque continuorum iacturae hoc tribuendum sit. In illa autem scaena I 3 etsi de singulis versibus velut 188 sq.*) suspensum sit iudicium, tamen neque ipsam Auxilii personam cum tota narratione a Plauto abiudicari posse et ultimos versus Plautinissimos esse cum Langeno Stud. Pl. p. 281 sq. contendo. Nam verba:

Perdíte perduelles, párite laudem et laúream,
Vt uóbis uicti Poéni poenas súfferant

neque inferri poterant a retractatore neque adeo retineri. Ex quibus recte homines docti effecerunt ante finem ac fere sub finem belli Punici secundi Cistellariam actam esse**): quae medium locum inter Militem gloriosum Stichumque tenet eisque fabulis adnumerari potest, propter quas sub ipsum annum Stichi actae 'clarus habebatur' Plautus ex Hieronymi testimonio recte emendato. Accedit quod ante Rudentem certe hanc fabulam (item ut Vidulariam) compositam esse ex ipsa illius comoediae inscriptione non inscite Teuffelius aliique concluserunt***). Quod vero idem eumque secutus Reinhardstoettnerus p. 315 putabat propter argumenti similitudinem paucis tantum annis ab Epidico distare Cistellariam, cum per se nullam vim habet, tum ex certiore illo indicio refellitur, ex quo plures quam septem ac fortasse decem annos inter utramque fabulam intercessisse statuendum erit.

Sed a tempore ut redeamus ad quaestionem de retractatione fabulae, cum recte Langenus exagitarit Teuffelii sen-

---

*) Nam hi versus non modo tritam in prologis facetiam repetunt — quae cum aliquando ab aliquo poeta inventa sit, per se etiam ex hoc loco proficisci potuit —, sed etiam minus aptam Auxilii personae quam aliis oratoribus, qui prodeant ornatu prologi.

**) Minus recte vel saltem nimis confidenter iudicarat Petersenus 'Allg. Schulz.' a. 1836 p. 614 (qui ad a. 539/215 referebat fabulam): at cf. Windischmannus Mus. Rhen. I p. 121, Naudetus Act. Erud. a. 1838 m. Iul., Ladewigius l. s. s. p. 520.

***) Teuffelius 'Stud. u. Char.' p. 276 [edit. II p. 322 sq.], Studemundus de Vidul.² p. 35 sq., praef. Rud. p. VII.

tentiam, qui v. 197 sq. propter verba in Casinae prologo v. 87 sq. redeuntia sollicitaret — quae in illo potius repetita esse tam ex universa condicione pateat quam ex omissis versibus gravissimis de Poenis devincendis —, non minus acriter impugnanda est eiusdem coniectura nonnullis probata, qua epilogum utriusque comoediae ab eo confectum esse contendit, qui ad exitum properans ultimas scaenas resecuerit. Quod ut in Casina praef. p. IX contra multorum consensum improbavi, ita in hac fabula apto argumento stabiliri posse nego. Immo Plauto ipsi ut tribuamus versus:

Ne éxspectetis, spéctatores, dum ílli huc ad nos éxeant:
Némo exibit, ómnes intus cónficient negótium,

insignis suadet horum verborum concentus cum Terentii sub finem Andriae versibus*):

Ne éxspectetis, dum éxeant huc: íntus despondébitur,
Íntus transigétur, siquid ést quod restet.

Nam siquis negaret idem quod Terentium ipsum Plautum instituisse (cf. Donatus ad And. V 6, 13 et 16 sq.), sed retractatorem Plauti ad imitationem Terentii illos versus composuisse finemque comoediae post scaenam rettulisse fingeret, vanae vagaeque opinioni nimis indulgeret.

Sed in eis scaenis, quas Palatini servarunt, cum quaedam certa ratione, quaedam probabili saltem ad διασκευήν referantur**), vix dubitabimus, quin ne in maiore quidem quae deperiit parte dittographiae defuerint: quamquam in universum tantum hoc statuere possumus, non definire accuratius***).

Totius vero argumenti seriem — quod Koepkius in praefatione p. 178†) inducta tantum parasiti cuiusdam persona vel etiam militis gloriosi dilatari potuisse contenderat! — primus satis ingeniose refingere studuit Ladewigius l. s. s.:

*) Cf. Ladewigius l. s. s. p. 532.
**) Cf. etiam p. XXVI et XXXII sq.
***) Cf. p. XIX sq.
†) Quantopere Koepkium expresserint, qui post illum vertendae fabulae operam navarunt, etiam inde patet, quod cum eo Rappius Binderusque aut nihil aut non multum desiderari ad fabulae integritatem affirmarunt.

quem etsi in multis facile hodie refutare possumus, tamen laudamus, quod et alia perspexit et duas personas ex scaenis deperditis recuperavit: Patris Alcesimarchi et Servi, cui Syro nomen esse coniecit (cf. p. XIII sq.). Nihil post eum profecerunt Benoistus et Vssingius: qui inter alia negavit intellegi posse 'quae huius servi partes in argumento fabulae esse possent': sed plurima rectius certiusque partim ex Ambrosiano partim ex fragmentis scite digestis explanavit Studemundus cum eoque Seyffertus. Quorum sententias cum breviter adumbraverim in adnotationibus itemque significaverim, ubi paullulum dissentiam ab illis*), nolim hoc loco fusius de hac re disserere neque eiusmodi suspiciones tangam, quas iacere possim, stabilire non possim.

Sed paucis disputandum est de personis comoediae, cum ad duas, quas iam Ladewigius addidit, tertia accedat itemque alterius Lenae nomen neque in ipsa fabula neque in scaenarum inscriptionibus compareat. Contra PHANOSTRATAE nomen per inscriptiones saltem servatum est: quod olim a Lampadione usurpatum fuisse in ea scaena, cuius reliquias v. 381—432 composuimus, probabilis est Seyfferti opinio (in Studem. Stud. II p. 433 adn.). Ipsius vero LAMPADIONIS nomen deminutivum — non aliter usurpatum ac de Olympione sene in Casina v. 739 — ex v. 544 male in inscriptiones codicum editionumque translatum esse, diu est ex quo homines docti perspexerunt**). Neque de DEMIPHONIS nomine est quod post Camerarium aliosque***) dicam. Item satis clara sunt ALCESIMARCHI adulescentis et mulierum nomina MELAENIDIS†), HALISCAE, GYMNASII††), SELENII: nisi quod

*) Velut ad v. 267 sqq. et 434 sqq. et in append. crit. ad v. 305, 330 sq., 376.

**) Cf. Ritschelius Opusc. philol. III p. 340 (cf. p. 318), Studemundus Emend. Pl. ed. a. 1871 p. 9 adn., Baierus de Pl. fab. rec. *A* et *P* p. 109, al.

***) Cf. Camerarius in Ann. p. 330: 'Demipho est *δημοφῶν*, sicut *ἀντιφῶν ξενοφῶν ἰοφῶν*. Quae omnia habent significationem *φανότητος* id ist splendoris, ut Grammaticis placet'. Itaque hunc praeter Fleckeisenum praedicare debebat Ritschelius Opusc. philol. II p. 488, III p. 308 sq.

†) Cf. p. XIV adn.

††) Cf. append. crit. ad v. 1 sq.

de ultimo nomine — quod *Σειλήνιον* olim etiam Ritschelius exhibebat*) — monendum est, quam scripturam ex libris stabiliverit Studemundus, de ea non modo Camerario dudum aliquid suboluisse, verum etiam Benoisto plane constitisse: qui et *Selenium* per totam fabulam exhibuit et in praef. p. IX laudato Camerario ex codicum auctoritate hanc scripturam firmavit**). Iam ex reliquis personis nullo modo nomen indere possumus patri Alcesimarchi neque ei, qui cum filio colloquitur in scaena, ex qua v. 267—304 relicti sunt: cuius ne personam quidem accuratius definire possumus. Quamquam ex ratione, qua cohortatur adulescentem, rectius de patris amico quam de filii sodale cogitari putaverim, cum aliqua omnino ratione propter colloquii tenorem cum illo coniunctus esse debeat. Paulo plus proficere possumus in Servi nomine enucleando, cuius et in eadem scaena partes sunt et antea in reliquiis scaenae v. 231—266. Nam cum Servo vel Paedagogo illic loqui Alcesimarchum — cum Studemundus etiam de Amico cogitaverit —, non tam inde concludo, quod quibus Alcesimarchum poenis dignum esse dicit v. 244. 246. 248 serviles sint — quod Seyffertus attulit in Studem. Stud. II p. 424 adn. —: nam hoc argumentum nihil valere Aulularia e v. 743 docet, ubi Euclio senex Lyconidem deos voluisse credit, ut apud se 'in nervo enicet'. Sed per

---

*) Opusc. phil. III p. 340: at cf. p. 329.

**) Satis mirum est hoc fugisse Studemundum Em. Pl. p. 8 (cf. Herm. XIX p. 456 sq.), qui in eadem pagina Bindero neglectam Benoisti editionem vitio vertat. Camerarius autem scripsit Ann. p. 330: 'Silenium *σιλήνιον* deminutum *ἀπὸ τῆς σιλήνης*. Quod Lucret. lib. 4 [cf. v. 1169 ibique Lachmannum] nomen memorat. Simula *σιλήνη* ac satyra est': sed mox p. 335 addidit: 'hoc loco reperi in nostro scriptum libro Selenium. Etsi autem puto illud Silenium, de quo ante aliquid a nobis uerborum est factum, recte legi in hac fabula, tamen Selenii etiam esset origo Graeca *ἀπὸ τῆς σελήνης, σελήνιον*, quasi lunulam dicas'. Hinc pendet Pareus, quem Studemundus ex eoque Vssingius solum dicunt nominis derivationem saltem intellexisse, sed parum sibi constitisse. Ceterum cum mox ostendamus a 'Syra' sublatam videri puellam olim expositam nominatamque Selenium, non indignum est quod animadvertatur usum huius nominis maxime illustrari ex Appiano Syr. 69 et Cicerone Verr. IV 27, 61: 'reges Syriae .... regnum Aegypti ad se et ad Selenen, matrem suam, pertinere arbitrabantur'.

se veri est simile hoc loco cum eodem agere Alcesimarchum, quem mox v. 283 'ubi sit' quaerit et appellat, neque quidquam novam personam nescio quam indicat. Iam igitur qui primus huius Servi partes recte divinarat Ladewigius, nomen ei SYRO fuisse inde suspicatus est, quod Festus versum huius fabulae 408 bis exhibens 'in Syr*' vel 'in Sy**' extare scribit, ubi syllabam finalem utroque loco in codice deficientem supplentes 'in Syro' scripserant editores: quod nomen pro inscriptione fabulae eodem modo positum esse quo Servius ex 'Pyrgopolinice', Fulgentius ex 'Chrysalo' Militis Bacchidumque versus excitant, probata hac coniectura etiam Ritschelius statuebat*). Contra Winterus (Pl. fab. deperd. fragm. p. 6 sq.) negavit Servi illius, si modo fuerint omnino, eas partes esse potuisse, propter quas ad illa exempla pro titulo nomen eius adhiberi potuerit. Quod argumentum iam certiore adeo ratione confirmatur, quia cum apertum sit v. 283 Alcesimarchum nomine vocasse Servum, de SYRE vocativo cogitari nequit. Studemundus ante E extare putabat K litteram, mihi SC apparere videbatur, cum R prorsus excludatur: atque utrique ante KE vel SCE cum TK apparuerit, inter has vero litteras locum tres fere habeant, vix puto aliud vel saltem aptius supplementum praesto esse quam TK⟨YNI⟩SCE: nam haud facile invenies quod litteris spatioque et metro melius conveniat. Sed etsi SYRVS certe hac ratione ex Cistellaria removetur, tamen prorsus improbandum est, quod Winterus iam cum Odofredo Muellero contendit re vera 'Syrum' fuisse Plautinam fabulam, in qua idem versus redierit, quem in Cistellaria legimus. Nam ut mittam quod Ritschelius Vssingiusque coloris tam singularis versum vix ac ne vix quidem repeti potuisse urgent, hunc ipsum versum ex ipsa Cistellaria excitat Priscianus: atqui eundem versum praeter morem repetitum ex altera fabula excerpsisse Verrium Flaccum ex altera Priscianum eorumve auctores nemo credet, nisi qui absurda credat. Multo igitur probabilius Vssingius Studemundusque coniecerunt apud Festum exti-

*) Parerg. p. 164, 175 sqq., 206; cf. Leidolphus de Festi et Pauli locis Pl. p. 205 sq., alii.

tisse 'in Syr⟨a⟩' et SYRA nomen fuisse 'Lenae', quae Selenium olim sustulerit et dederit Melaenidi: quam cum Lampadio qui exposuerat et tum viderit et forte fortuna rursus reperiat, summum tamquam cardinem fabulae vertere nostro iure dicemus. Minus recte etiam de 'Syris' cogitari posse Vssingius addidit, ut tam illa quam Melaenis*) amica et in puella auferenda conscia ex Syria oriundae fuerint. Nam 'amicam' tantum, non 'popularem' v. 133 Lena dicit Melaenidem, ut illa coniectura omni careat fundamento. Contra in eo facio cum Vssingio vel potius cum Ladewigio, quod versum illum ex 'Syra' allatum Lampadionis fuisse statuit, cum Studemundus Stud. II p. 419 adn. ipsi Lenae tribuat indeque ad Ritschelii exemplum rationem loci excitandi repetat. Nam cum facile admittam ac vel libentius credam in priore parte scaenae ad quam v. 381 sqq. pertinent praeter Lampadionem Lenam etiam egisse**) — etsi cum illo agere non potuit —, tamen verba *non enim haec hic sunt limaces liuidae* e. q. s. Lenam de meretricibus dixisse credi nequit. Quo aptius puto nos rationem inscriptionis apud Festum ex graeci exemplaris titulo supra derivasse (p. VII sq).

Denique de actuum distributione in fabula lacunosa anceps est iudicium: ac non modo vulgo lacunis non respectis quinque actus ex parte satis incongrue designaverant, sed etiam Spengelius in libello de comoediis Plautinis in actus discribendis p. 48, etsi in aliis iudicium retinuit, tamen alterum actum qualem vulgata constituit suis rationibus probavit. Quod eo magis mirandum ac vituperandum est, quia non solum Ladewigius dudum coniecerat vel potius demonstraverat post priorem particulam scaenae II 1 complures scaenas desiderari***), verum etiam Studemundus sex annis

*) Quin etiam Melaenidem a fusco Syriscae colore nominatam esse suspicatur Vssingius: quod nihili esse intellexisset, si exempla huius nominis formarumque cognatarum apud Graecos respexisset.

**) V. 382 quem ipsi Lenae tribuebat Ladewigius, potuit sane illa proferre etiam in scaena antecedente, cum ad filiam Senemque ex domo accederet, ubi paulo ante Selenium eam in prandio lepide acceperat.

***) Idem Benoistus exposuit in editione a. 1863 p. V sq.

ante editum Spengelii libellum ex ipso Ambrosiano rem firmaverat exagitata Binderi caecitate, qui ingentem hiatum inter v. II 1, 15 et II 1, 16 transilire non dubitaverit. Accuratius postea Studemundus singulas scaenas descripsit discripsitque in commentatione illa a Seyfferto edita: ubi primum actum cum vulgata retinens recte alterius tertiique interstitium constituit inter eas scaenas magnam partem deperditas, quibus Alcesimarchus adire Melaenidem animum induxit, Pater vero Alcesimarchi eandem cum filia aditurus Gymnasium potius eiusque matrem convenit. Reliqua sic digessit Studemundus, ut quartum actum eumque ultimum efficeret ex tribus quos vulgata distinxit actibus ultimis. Ex quibus etsi illud servavi intervallum, quod post v. 652, ubi vacua scaena est, significarunt editores veteres, tamen dubito, an melius quem cum Studemundo comprehendi actum tertium ita dividamus, ut post Lampadionis soliloquium (v. 433) incipiat quartus et quintus sit, quem quartum ille esse voluit.

His expositis restat, ut de subsidiis criticis verba faciamus et de lacunis, quibus codices depravati sunt, paulo uberius disputemus.

Atque *A* codicem deleticium cum in bibliotheca Ambrosiana iam a. MDCCCLXXXVIII quam poteram accuratissime pertractassem, mox retractavi a. MDCCCXCI, quoniam Studemundi apographum haud pauca longe aliter lecta exhibebat ac primo conatu ego enucleaveram. Quod neminem mirum habebit, qui sciat hanc maxime fabulam plerumque lectu difficillimam esse, ut et Studemundus saepe confessus est et ipse meo labore expertus sum. Quare etsi etiam Studemundi lectio (*As*) sat multa incerta reliquit et haud raro praebet, quae sic re vera in codice subesse aegre credas, tamen summopere admirandum est, quantum indefesso studio praestiterit ille. Cuius operam haud ita multis locis addendo vel corrigendo emendare contigit: at nequaquam inutilem fuisse recognitionem meam sentio, praesertim cum etiam confirmata per alterius testis oculos lectio et iudicium de codicis condicione interim mutata alicuius momenti sit. Ceterum in ipsis de *A* testimoniis eandem tenui rationem,

quam in Persae[2] praef. p. VIII et in Mostellariae[2] praef. p. XXVIII professus sum.

B codicem Veterem post Ritschelium et Loewius et ego excussimus: nihilominus ex collatione Studemundi aliorumque, qua uti poterat, de locis nonnullis admonuit Seyffertus: quam discrepantiam commemoravi in append. crit. ad v. 42 et 745. Neque tamen umquam tanti visa est dubitatio, propter quam Romam rescribendum esse ducerem.

Porro contuli codicem Ambrosianum *E* a. MDCCCLXXXV, Lipsiensem *F* a. MDCCCLXXXVI, denique Vossianum *V* a. MDCCCLXXXVIII (de quo cf. Cas. praef. p. XIX sqq.). Codicis Britannici *J* cum neque quam Goetzius praebuit collatio (cf. l. s. s.) neque Vssingiana satis accurata sit, pergratum fecit Seyffertus, quod ex Luchsii collatione, quae ei praesto erat, inopiae succurrere voluit erroresque sustulit*).

In Palatinis per hanc fabulam etiam magis solito perturbata est versuum discriptio: quae in metris vulgaribus saepius peior fere est quam in canticis. Quod per priorem partem fabulae in ipso apparatu indicavi: in altera parte quae discrepent ex *B* hoc loco solita ratione compono.

543—555: *ſerui — gaudeaſ* | — *exeuntem — teneſ — uiderim* | — *corpuſ — paruulam* | — *animus — queaſ* |

558—562: — *uoco* [sed *Ego*] — *talenta* [sed *Vnde*] — *modo* |

565—571: — *perducebam* [sed *Iam*] — *genua* [sed *Anuſ*] — *ſeque eam — inquit* [sed *Istanc*] — *ſua* |

574—593: — *dixit — interii* | — *inquam* [sed *Vbi*] — *habitatum* [sed *Auecta*] — *ſequemur — uſque — monstrare* PHANOSTRATA — *ſequandam — commune — indicauit — Quid nunc — ueniet — uelim* |

595—617: — *Deoſ teque — Adulescenſ — te* LAMPADISCVS — *ampliter* MELENIS — *meuſ* | — *diſpondit in — quam uoſ — tibi* | — *uerbiſ* LAP — *modo* | — *quero* MEL — *Conteriſ* | — *exea* | [et *Medioxumam*] — *ſciſ* [sed *Ea*] — *modo* | [et *Sed*] — *compreſſit — filiam* | [et *Priuſ*]

---

*) Semel illis, non huic fidem habui: quod v. 523 *dem* deesse in *J*, non cum E^3 *F* additum esse, probabili consensu adnotabant.

Reliqua pars fabulae (praeter pauca quae in cantico v. 671 sqq. descripsi) nihil praebet, nisi quod v. 618—630 duo versus coniunguntur, sed servata littera maiuscula in alterius principio.

Inter eos qui fabulae emendandae enarrandaeve studium impenderunt Guyetum propterea nomino, quia notationes eius ad ipsam Cistellariam accuratius novimus quam in aliis fabulis per Marollii neglegentiam innotuerunt: quippe quas diligentissime descripserit Benoistus in Miscellaneis in memoriam Caroli Graux editis a. MDCCCLXXXI p. 461—480. Ex quibus haud paucas me consulto praeteriisse*) nemo improbabit, quamvis large liberaliterque in hac quoque editione varia variorum commenta colligere studuerim. Porro observationes manuscriptas Reizii, Hermanni, Lachmanni perpauca praebuisse moneo. Quo gratiore animo commemoro denuo benignam operam mihi praestitisse Fleckeisenum, Goetzium, Seyffertum: quos etiam praeter eos locos, quibus nomina eorum adponere potui, haud raro corrigendo admonendo addubitando profuisse sciendum est.

Postremo iam accedendum est ad quaestiones de lacunis maioribus minoribusque, de quibus longe plura quam priores atque accuratiora explorasse mihi videor: quae cum continua demonstratione egeant, neque in ipsa editione omnia adhibui et hoc loco rem dilucidius exponam oportet. Itaque proficiscimur a descriptione reliquiarum Ambrosianarum. Atque in *A* Cistellaria integros IV quaterniones (XXIX—XXXII) occupasse videtur**), e quibus decem tantum folia aetatem tulerunt. Quae sic cum Ritschelio Studemundoque digerimus:

---

*) Sed inconsulto bis erravi: ad v. 39 (p. 94 v. 10) *ted et ego* pro *ted ego* (et *hancce* vel *istanc*) et ad v. 57 (p. 96 v. 7) *hoc. hic dolet* pro *hoc dolet* ex priore notatione relinquens. Praeterea ex appendice critica perspicies in apparatu ad v. 511 (*agam*) *Rostium* pro *Lomano* laudandum fuisse, v. 563 me post Handium recte, ut puto, distinxisse et v. 677 *haec* cum Ritschelio traiecisse (abiecto priore commento quo *cho*, post *mihi*. et ante *Mi homines* in fine v. adieceram), denique v. 741 personam (*Ph.*) iam Camerarium in Ann. ante Lambinum correxisse. Praeterea in appendice ad v. 104 (p. 97 v. 29) *hoc* ante *Vssingius* deleas.

**) Tribus foliis quaternionis XXIX initialibus 69 tantum versus ex ipsa fabula relinquuntur: sed non modo didascaliam praemitti potuisse iam Studemundus monuit, verum etiam de argumento atque

XXIX
A. a
B. b
C. c
179. 180 = 70—88. 89—105
189. 190 = 106—122. 123—125 et 130—145
D. d
E. e
F. f

XXX
G. g
H. h
297. 298 = 233—250. 251—266 (et sc. inscr.)
I. i
K. k
299. 300 = 267—285. 286—304
L. l
M. m

XXXI
309. 310 = 306—321. 322—340
321. 322 = 341—358. 359—372*)
N. n
197. 198 = ? —389. 390—408
203. 204 = 409—427. 428—444
O. o
311. 312 = 449—465. 466—483
323. 324 = 484—501. 502—509 et 512—522

Ex hac tabula facile perspici potest, quam recte Ritschelius contenderit**) 'certa ratione' ostendi posse fere

adeo de argumentis cogitare possumus. Dein Studemundus putavit in ultimo folio quaternionis XXXII fortasse didascaliam Epidici exaratam fuisse, cum quae in Palatinis inde a Cist. II 1, 47 usque ad finem huius fabulae tradita sint, sufficere videantur ad explenda septem folia integra et octavi partem. Sed si forte maior lacuna post v. 555 Ambrosianum non attigerit, totum quaternionem Cistellariae tribuemus. Quamquam dubia res est et propter lacunas et propter interpolationes diversas.

*) Quod folia 310 et 321 se olim excepisse Studemundus coniecit, certius etiam inde confirmari videtur, quod ex lectione paulo pleniore in ipsis versibus sese excipientibus continuam particulam a Nonio servatam agnovisse mihi videor.

**) Parerg. p. 238 adn.: '... *da das Stück eine Lücke von gegen 600 Versen hat, wie durch untrügliche Rechnung darzuthun ist*'. Re-

sexcentos versus in Palatinis desiderari. Idem vel paulo accuratius definire studuit Studemundus*): qui quod inter v. 229 et 492 effecit 612 fere versus in *A* locum habuisse — quorum complures scaenarum inscriptiones versuumque bipartitorum particulas tantum continuerint — cantico v. 203 —229 undeviginti circiter versus tribuit: ubi ex vestigiis *B* codicis si coniecturam capimus, maior fuit versiculorum numerus. Praeterea coniecit Studemundus duobus quaternionibus, quorum paginae XX versuum fuerint, amissis lacunam in Palatinis ortam esse: unde longe plures in archetypo versus quam in *A* bipartitos fuisse sumendum sit. Hoc cum parum veri simile sit ex eis, quae de Mostellaria demonstravit Seyffertus quaeque de ipsa Cistellaria nos demonstraturi sumus, nihilo minus et concedimus probabiliorem rationem quam duorum quaternionum defectum excogitari vix posse et comprobabimus re vera XX versuum paginas in archetypo etiam huius fabulae fuisse, ut Casinae aliarumque, non XXI, ut Mostellariae. Quodsi sic 640 versus (cum novem fere scaenarum inscriptionibus) deesse in Palatinis concludimus pluresque interiisse quam vel Ambrosianus olim exhibuerit, reputandum erit in centum fere versibus huius fabulae quos utraque recensio praebeat bis auctiorem esse recensionem Palatinam — altero loco quattuor, altero duobus versibus —: quid igitur mirum est, si idem in partibus

---

petiverunt hanc sententiam Teuffelius aliique: quam neglegens Studemundique testimonium de decem foliis ex *A* servatis perverse rationi subiciens Vssingius scripsit: 'plus quam septem eiusmodi folia in Palatinis desunt i. e., ut minimum dicamus, 260 versus': quem errorem ipsi Studemundo imputabat Tyrrellius 'Class. rev.' II p. 23.

*) Stud. II p. 422 adn.: '*Zwischen I 2, 26, dem Schlussverse von fol. 229ᵛ = quat. XXVIIII 5ᵛ, und II 1, 16, welcher die 9. Zeile von fol. 248ʳ = quat. XXXI 8ʳ einnimmt, liegen 18 Blätter = 2. 19. 18 Zeilen + 8 Zeilen, also 692 Zeilen; davon kommt in Abzug der von I 2, 27 bis II 1, 15 in den Pall. erhaltene Bestand: 3 Senare I 2, 27 —29, die Scenenüberschrift = 2 Zeilen und die 54 Senare von I 3, die Scenenüberschrift von II 1 = 2 Zeilen und die Anapäste II 1, 1—15, welche auf mindestens 19 Zeilen zu veranschlagen sind, da von den Langversen sicherlich mehrere gebrochen waren, also insgesammt etwa 80 Zeilen. Demnach standen im Ambr. zwischen II 1, 15 und II 1, 16 etwa 612 Zeilen, von denen jedoch eine Anzahl Scenenüberschriften und Versbrechungen abzurechnen sind*'.

deperditis acciderit? Immo contrarium potius mirandum esset, si intra sexcentorum versuum spatium numquam evenisset, quod in sexta parte bis factum est. Itaque hac ratiocinatione confirmatur, quod supra (p. X) coniecimus de dittographiis, quibus pars fabulae deperdita aucta fuerit.

Quod vero de archetypo contendimus, luculento exemplo ex ipso *A* petito declaratur: idque ideo disputationi de scissuris fissurisque praemitto, quae huius quoque fabulae memoriam deformarunt, quia non modo per se memorabile est, sed etiam ipsi quaestioni recte tractandae viam munit.

Igitur v. 104 lacunosum esse neminem fugere potuit: unde varia periclitati sunt homines docti, ex quibus una laudanda est Kampmanni coniectura, qui traiecto cum aliis *hoc* pronomine adiectoque *unum* vocabulo scripsit:

Nunc te amabo ut hanc hoc ⟨unum⟩ triduum solum sinas.

Sed cum *A* quoque relicto c *hoc* ante *solum* extitisse arguat, post KANC vero KI exhibeat, Seyffertus quadrante spatio in *A* KI⟨CUNUMTRIDUUMKO⟩C supplevit.

Huic lacunae lacuna sane non respondet: sed qui XX versibus interiectis praecedit versus, tam miram inter utramque recensionem discrepantiam offert, ut intellegamus lacunam olim congruentem interpolatione remotam esse. Qui versus adhuc sic legebatur:

Obsecutast, de ea re gessit morem morigere mihi.

Sed *A* non habet *de ea re*, contra inter MOREM et (M)O(rigere) habet ORA*** id est *oranti*, ut Studemundus intellexit. Quare nemo dubitabit, quin olim hae sibi responderint in *P* lacunae:

84 de ea re
OBSECUTASTGESSITMOREM⟨ORANTI⟩MORIGEREMIHI
104
NUNCTEAMABOUTHANC⟨HICUNUM⟩TRIDUUMSOLUMSINAS.

Levioris momenti est neque tamen praetereundum est, qui uno interiecto antecedit versus, in eo ante finem (*rem resciuerit*) *A* KANC exhibere, contra *P eam*, cum qui oppositus sit versus ab *Hoc uolo agatis* incipiat in *P*, ab KOCNU(nc)— in *A*: unde cum graviorem discrepantiam in appendice odoratus sim, nescio an rectius eiusmodi lacunas in *P* olim expletas esse sumamus (cf. p. XXXVI):

82 uolo agatis
HOC⟨NUNCAGES⟩ISQUAACCERSITAECAUSAADMEESTISELOQUAR
102 eam rem
QUIANONREDIERIMDOMUMADSEPOSTQUAM⟨HANCREM⟩RESCIUERIM.

Eadem certe ratione explicandae sunt insignes differentiae in versibus similiter sese excipientibus 500. 502: 520. 522. Vbi cum extremus versus mancus sit (in quo *A* MINUTIETETIAM servavit pro *minutique et*) et antea *et Saturnus* ex v. 514 interpolatum sit pro ITAQ·IANUS, in versibus vero oppositis *iuri* in *P* desideretur (pro quo *tuo* male repetitum extat) et *atque* pro POLTE illatum sit, haec omnia declarantur ex his lacunis partim licentius obscuratis:

500—502 atque
PATIERINMEPERIURARE⟨#POLTE⟩ALIQUANTOFACILIUS
QUAMMEMEAMQ·REMPERIREETLUDIFICARIFILIUM
tuo
ABIQUAEREUBI⟨IURI⟩IURANDOTUOSATISSITSUBSIDI
520—522 et saturnus
ITAQ·MEIUNO⟨ITAQ·IA⟩NUSITAQUIDDICAMNESCIO
IAMSCIOIMMOMULIERAUDIMEAMUTSCIASSENTENTIAM
DIMEOMNESMAGNIMINUTIQ·ET⟨ETIAM⟩PATELLARII

Haec exempla, quae ipsius Ambrosiani ope certiora vel potius certa reddere potuimus, propterea gravissima sunt, quia lacunas haud raro olim interpolationibus remotas vel obscuratas esse indicant. Quod iam nemo infitias ibit nos iure adhibere posse ac debere ad ea exempla illuminanda, ubi solam recensionem Palatinam possidemus. Idque statim cadit in primum locum eumque facile omnium qui occurrunt intricatissimum.

Etenim v. 13 *expetes* sub finem versus extat detruncata *sam* syllaba finali et v. 11 *meminer* (sic B^1: unde *memineris* effectum in *VEJ*) pro *meminerimus* (sic B^2). Sed etiam qui antecedunt versus bis ad lacunas statuendas nos commovent, quas vel facilius admittemus in pagina sine dubio saepius perforata. Nam et v. 7 post initium claudicat et post sequentem versiculum (*Pol istó quidem nos pretió facile*) versui 10 (*Ita in prándio nos lepide ác nitide*) concinne respondentem quae insecuntur verba *est frequentare Tibi utilisque habere* tam ex metro suspecta sunt quam ex Varronis testimonio, miro casu sane et ipso truncato. Apud quem cum *facile* in

explicatione tantum servatum sit et pro *frequentare est tibi* legatur † *ptanti est frequentare*, adiuvante metro scripsi ⟨*O*⟩*ptanti est frequentare* (et *utibilisque habere* cum Bothio: quo facto hic versus non minus concinne respondet versui 11 quam praecedens versui 10): ubi *optanti* sumpsi eadem ratione abscissum fuisse, qua *oranti* v. 84: pro quo *Tibi* adici potuit aut ex interpolatione (fortasse ad *ti* syllabam, quae relicta fuerit, supplendam) aut ex correctura vocis *utilisque* male intellecta, quae Fleckeiseni suspicio fuit. Quamquam accuratius ut dicamus Varro videtur legisse *facile optanti est frequentare*, *P* vero *facile est frequentare* ⟨*optanti*⟩ vel ⟨*inuitan*⟩*ti*. Sed de ipso loco restituendo quomodocumque iudices, certe corruptelae origo qualem statuimus ex loco opposito tam luculente illustratur quam ipse locus oppositus ex his versibus truncatis.

Ac primum quidem v. 33 etsi quodammodo defendi potest quem discripsi asynartetus:

Eas si ádeas abitum quám aditum mális ita nostro órdini,

tamen huic conformationi quivis sentiet multum praestare simplicem septenarium trochaicum (ut antea inter baccheos extat vel potius certa coniectura restitutus est v. 22): quem nanciscimur, si initio voculam syllabae *sam* v. 13 absumptae respondentem supplemus (velut *Pol*).

Non magis casui tribuemus, quod v. 27 ante finem claudicat, ut v. 7 post initium. Nam cum verba quae versiculo comprehendi *Vix uíuimus cum inuidiá summa* et allitteratione et metri concinnitate (cf. v. 35, al.) contineantur, tam ex metro quam ex lingua laborant verba antecedentia:

Si idem istuc nos faciamus, si idem imitamur, ita tamen

Vbi mirum est ob *imitamur* haud paucos *facimus* restituisse, etsi coniunctivus unice aptus est. Quare cum Camerario *imitemur* restitui versumque *nos* inserto fulsi. At non dubito, quin ipsa forma *imitamur* vestigium sit mendi reconditioris, praesertim cum ad hoc ipsum verbum *idem* minus quadret ac pronomen *id* potius requiratur. Quodsi sumimus olim scriptum fuisse *si idem praeuortamur* et *praeuor* syllabis abscissis ⟨*imi*⟩*tamur* interpolatum esse, una opera et hunc

versum emendamus et fidem facimus vocabulo *merito* v. 7 optime tam versus quam sententiae gratia (cf. v. 21) adiecto.

Similiter res se habet in versibus 29 sqq., quae verbis misere truncatis v. 9 eisque quae secuntur respondent:

Suarum opum nos uolunt esse indigentes
Nostra copia nihilo uolunt nos potesse
Suique omnium rerum nos indigere.

Ex his versibus tertius tantum nullo vitio laborat, cum in superioribus praeter primum non alter, sed ipse tertius mutilatus fuerit. Vnde primum quidem colligemus in archetypo versuum 30 sq. ordinem inversum fuisse, praesertim cum et propter simile initium versuum 29 et 31 (*Suarum* et *Suique*) facillime errare potuerit librarius et verba versiculi 32 (*Vt sibi simus supplices*) multo etiam commodius ad v. 30 quam ad v. 31 sese adplicent*). In ipso vero versu 30 intellegemus falsam esse coniecturam Pyladis omnibus adhuc probatam et a me quoque relictam, qui *nil* pro *nilo* reposito metro leniter et leviter consuluerit: immo ex ipsa forma exquisitiore *nilo* concludendum est aliquid deesse velut *plus* (una cum *imus* syllaba v. 11 abscissa), verbum autem *uolunt* accessisse ex v. 29. Sed hunc quoque versum, in quo sententia plena planaque est, integrum non esse tam metrum demonstrat, quod nullum est, quam loci qui oppositus est perturbatio: quare etsi *opum* vel *esse* traiecto facile versus effici potuit, tamen hinc discemus sub finem potius aliquid intercidisse (inter *esse* et *indigentes*) et initio, ubi *Suarum opum* metrum turbat, ab interpolatore additum esse *suarum* (ut *de ea re* v. 84 aliaque). Quod vero locis non prorsus inter se oppositis v. 9. 11 et v. 29 sqq. lacunae comparere videntur, non nimis offendit in versibus cantici, quorum diversa esse potuit in paginis oppositis positio vel etiam discriptio**). Itaque de ipsa versuum emendatione etsi hoc

*) Item similitudo inter v. 29 et 31, propter quam Fleckeisenus alterum versum delendum esse opinabatur (cf. Langenus Stud. Pl. p. 31), iam minus offendit, si alter per verba *omnium rerum* aliis verbis consulto repetitis sententiam exaggerat.

**) Optime v. 30 lacunae responderet, si PLUS initio versus abscissum esse sumeremus sequente et interpolatione illa et verborum traiectione (velut ⟨*Plus*⟩ *nilo nostra copia nos potesse* vel *nostra nilo c. n. p.*).

quoque loco dubitatio quaedam admittitur, tamen et firmatur in universum discriptio, quam nos v. 8—37 dedimus, et menda sedesque mendorum declarantur ex lacunis sic fere sibi respondentibus:

7—13
EOEGOUOSAMO⟨MERITO⟩ETEOAMEMAGNAMINISTISGRATIAM
POLISTOCQUIDEMNOSPRETIOFACILEST
tibi
FREQUENTARE⟨INUITAN⟩TIUTILISQ·HABERE
ITAINPRANDIONOSLEPIDEACNITIDE
ACCEPISTIAPUDTEUTSEMPERMEMINER⟨IMUS⟩
LUBENTIEDEPOLANIMOFACTUMETFIETAME
QUAEUOSARBITRORUELLEEAUTEXPETES⟨SAM⟩
27—33 imitamur
SIIDEMISTUCNOSFACIAMUSSIIDEM⟨PRAEUOR⟩TAMURITATAMEN
UIXUIUIMUSCUMINUIDIASUMMA
suarum
OPUMNOSUOLUNTESSE⟨PRORSUM⟩INDIGENTES
SUIQ·OMNIUMRERUMNOSINDIGERE
uolunt
NOSTRACOPIANILO⟨PLUS⟩NOSPOTESSE
UTSIBISIMUSSUPPLICES
⟨POL⟩EASSIADEASABITUMQUAMADITUMMALISITANOSTROORDINI

Simplicius est proximum exemplum, sed grave ideo, quia — una cum aliis de quibus mox dicemus — per senariorum ambitum planissimum paginas XX versuum fuisse confirmat. Namque v. 168 dimidiatum habemus senarium, cui nulla in ipsis versibus respondet lacuna propterea quod inter v. 148 et 149 novae scaenae inscriptio locum habet in eamque membranae defectus incidit*).

Sed hoc quoque loco in eiusdem paginae confinio altera lacuna apparere videtur. Nam v. 176 initio *Post ille* legitur pro *Post⟨quam⟩ ille*: cui qui oppositus est versus 156:

Fuere Sicyoni iam diu Dionysia

non modo durissimus est propter *Sicyoní* accentum, sed etiam offendit verbis *iam diu* sententiae linguaeque usui non prorsus respondentibus. Nam Mostell. 476 similiaque exempla cur ab hoc differant in propatulo est. Quare nescio an

*) Etiam v. 184 si recte Langenus de *suam* sub finem versus dubitavit (pro quo *bonam* substituit), cogitari potest de veteri lacuna, quae ex altera parte in duorum versuum inscriptionem inter v. 202 et 203 inciderit.

hoc quoque loco offensio tam metrica quam grammatica ex lacuna male suppleta repetenda sit: quamquam non habeo quid pro *iam diu* substituam, nisi quod vox a vocali incipiens substituenda erit. Nam ⟨*est*⟩ *iam diu* pro parenthesi accipiendum non satisfacere iam in appendice dixi. Cf. p. XXXVI.

Denique ex priore parte fabulae commemorandum est, si recte v. 228 post *uisere* lacunam statuerim — de quo vix dubito, cum optime et antecedentia dimetris defluant et post *uisere* paroemiacus claudat periodum, ut solum *uisere* verbum turbet discriptionem —, non minus bene de errore librarii cogitari posse — siquidem velut *misero* adicias litteris simillimis — quam de membranae scissura, cum v. 206*) tripodia anapaestica extet, pro qua libenter dimetrum accipias ad hoc exemplum:

206 ⟨ANGOR⟩IACTORCRUCIORAGITOR
228 UISERE⟨MISERO⟩

Multo luculentiora exempla quamvis interdum item satis impedita altera pars fabulae suppeditat: ubi ipsi libri saepius lacunarum vestigia reliquerunt, sed sine ulla constantia designarunt.

Atque statim ad illum locum quem supra ex *A* illustravimus 500. 502: 520. 522 nova fissura sese adplicat: unde simul intellegimus v. 502. 522 in fine folii extitisse. Nam v. 523 inter *ne ego* et *uiuus B* spatium reliquit: desideratur autem verbi forma ad *sauium Selenio* pertinens. Vnde cum Italis *dem* inseruerunt omnes, quod cum metro non satisfaciat, aut *hodie* aut *umquam* aut *uiuae* adiecerunt: quae additamenta non solum supervacanea sunt, sed ne satis quidem quadrant ad loci sententiam. Quare *oppingam* supplevi coll. Curc. 60 'ubi sauium oppegit': idque stabilitur etiam lacuna congruenti. Nam quinarium pro senario legimus v. 538, ubi cum initio post Pyladem omnes *Sibi* pronomen inutile ad-

*) Facile hic versus respondere poterat ex cantici discriptione paululum discrepante, si velut versiculi 208 et 217 vel ipse 228 solito more prioribus adiuncti perhibebantur. Cf. p. XXXVI.

diderint, Vssingius post *Moderatrix* potius *linguae* inseruit: quod eum bene instituisse et lacunae ratio docet, quam comparato v. 523 aperimus, et locus parallelus item ex Curculione adsciscendus v. 486 'linguae moderandumst mihi'. Iam si sibi respondere statuimus:

523
FAXINTNEEGO⟨OPPINGAM⟩UIUOSSAUIUMSELENIO
538
MODERATRIX⟨LINGUAE⟩FUITATQ·INMEMORABILIS

unum obstare videtur, quod v. 523—537 etiamsi duos versus inscriptioni intercedenti tribuimus, XVII tantum versus efficiunt, nisi parum veri similiter tres septenarios bipartitos fuisse sumimus. Hoc vero adeo incommodum non est, ut novum potius afferat commodum. Nam in exitu scaenae illius quaedam adeo inconcinna sunt, ut interpolationis suspicionem Muellerus moverit. Nos vero cum v. 531 consentiente Seyfferto duorum hemistichiorum detrimentum signavimus, ubi alii de mutandis potius verbis traditis cogitaverant, tum ante v. 535, ubi *Et illud pauco et hoc formido* non habet quo referatur, lacunam deteximus, quae facile duorum versuum esse potuit. Quae divinatio iam inde corroboratur, quod in archetypo plura illo loco servata fuisse ex damnorum illorum concentu efficimus.

Praeterea huius folii quod ab v. 523 : 538 incipiebat etiam ultimi versus — item ut folii antecedentis — obscurati fuisse videntur. Nam v. 537 *ut illaec hodie quot modis* (*Moderatrix ⟨linguae⟩ fuit*) etsi extiterunt qui *ut — quot modis* coniunctionem singularem defenderent, tamen fidem aegre invenient, hoc maxime loco, ubi *quot* saepius deinceps sequitur repetitum. Quo accedit altera offensio in ipso *hodie* adverbio (cf. append. crit.): quod etsi non nesciam debilitata saepius significatione usurpari, tamen nego hoc loco ferri posse, qui alia insuper ratione ipsaque apertae lacunae propinquitate suspectus sit. Quodsi minus placeat lenis correctura, qua *ut illaec odio* (scil. 'fuit' ex proximo) scripsi, verbum (velut *lusit*) haustum lacunamque voce *hodie* male suppletam esse sumas. Certe ut hic versus ultimus paginae rectae ante finem talem suspicionem excitat, ita ultimus paginae ver-

sae*) v. 555 (ante maiorem lacunam) post initium perturbatus est, ubi vitiose legitur *Vt rés gestá sit.* Vnde aut suppleas *Vt rés gesta ⟨haec⟩ sit*, aut *gesta* alieno loco suppletum esse statuas (HAEC vel GESTA = LUSIT). Quin etiam qui praegreditur versus hiatum habet, quem nos *ita* inserto, alii aliter removerunt: neque neglegendum est *B* codicem in huius versus margine notam criticam habuisse, qualem haud raro versibus lacunosis adscriptam invenimus. Iam qui respondet v. 536 quamquam per se nihil vitii offert, tamen facile aut *ego* post *sum* abscidi potuit aut ipsum *sum* si evanuerit recte olim suppleri. Itaque hanc fere huius loci speciem archetypum gessisse conicimus:

536 sq.
ANUMSECTATUSSUM⟨EGO⟩CLAMOREPERUIAS
hodie
MISERRUMAMHABUIUTILLAEC⟨LUSIT⟩QUOTMODIS
554 sq.
AGEPERGEQUAESO⟨ITA⟩ANIMUSAUDIREEXPETIT
UTRESGESTA⟨HAEC⟩SIT#UTINAMAUDIRENONQUEAS

Porro post maiorem illam lacunam a Guyeto detectam qui secuntur duo versus 556 sq. post initia detruncatos esse tam codices quam verba ipsa produnt. Quocum illud optime convenit, quod v. 576 sub finem deficit, ubi certum est Pyladis supplementum**) *oppido*: quod qui spreverunt Camerarius, Gruterus, Leo et plane improbabilia commenti

*) V. 555 vicesimus est, si aut duos versus inscriptioni interpositae vindicamus, aut, si unus tantum fuit, cum Seyfferto duo hemistichia v. 539 intercidisse statuimus, quode cf. append. crit. Simul vero intellegimus maiorem illam lacunam iam in archetypo extitisse, cum plenum folium nequaquam occupare potuerit, lacunae autem demonstrent folium 523—537. 538—555 excepisse paginam 556—575.

**) Certum dico supplementum, quia sollemnem formulam restituit metro unice aptam: atque de eiusmodi formulis ubi agitur, apud scriptores non minus evidenter quam in inscriptionibus lacunas explere possumus. Velut hac ratione certum, ni fallor, supplementum est *⟨si⟩c ⟨da⟩bo* v. 462. Item v. 582 *⟨non⟩ hoc longe destiti*, quo reposito simul plura intercidisse certum fit: nam *periisti, ni hercle* ante *hoc longe* cum per accentum offendit tum per elocutionem, cum *ni hercle* in exordio enuntiationis locum habeat, sed velut *perii, ni hercle* tam inauditum sit, quam *perii hercle, ni* consuetudini conveniat. Nihil igitur veri est similius quam ab *hercle ni* ad *non hercle* aberrasse librarii oculos: unde cum ortum sit *periisti hercle ni hercle hoc longe dedisti* (*destiti*), mox prius *hercle* omissum est. Cf. p. XXXVI.

sunt neque rationem corruptelae perspexerunt. Neque mediae lacunae respondere finem decurtatum mirabimur in senariis, quorum alia in alia pagina sedes fuit. Iam vero alteri versui truncato qui respondet v. 577 adeo non lacunosus esse videtur, ut potius iusto maior sit: quapropter *anum* innocentem plerique illic trucidarunt. At extremum potius vocabulum *interrogo* interpolatum esse non tantum inde elucet, quod cum v. 576 detrimento et cum v. 556 sq. lacunis vitium versus manifesto cohaeret, sed etiam ratio grammatica dudum docere debuit. Nam *interrogo* verbum iuxta *Vbi habitat, inquam* positum molestissimum est ac plane intolerabile. Pro quo cum desideretur vocabulum, cui et *anum* accusativus coniungatur et *inquam* verbum commode adiungatur, vix formam invenies magis idoneam quam *obsecrans* participium. Itaque sic haec congruunt et cohaerent aptissime:

556 sq.
PERGOILLA⟨MONERARE⟩DICTISILLAECTEDANUS*)
FORTU⟨NISEXSECUNDISADMI⟩SERASUOCAT
576 sq.
MEUMELOCUTUSTNOMENINTERII⟨OPPIDO⟩
interrogo
UBIELOCUTASTEGOCONTINUOANUM⟨OBSECRANS⟩

Non minus insigne exemplum detegimus, si a v. 650 proficiscimur. Vbi cum traditum sit (*occlúdite aedis péssulis repágulis,*) *Ibo | hanc ego tétulero intra límen* initium versus non modo corruptum esse, verum etiam mutilatum dudum intellectum est. Ex variis conaminibus sententiae loci sermonique Plautino optime ac fere unice respondet Muelleri coniectura satis, ut videbatur, audax *Quom extemplo hanc ego t. i. l.* Neque ea iam iusto audacior esse videbitur, si admittimus prioribus syllabis abscissis PLO vel IPLO relictum in IBO abiisse, quod vocabulum saltem latinum sit. Idque liquido confirmamus comparato v. 634, quem iustae mensurae**) cum alii aliter accommodare studuerint, sic per-

*) Mirum est spreta *te⟨d⟩* forma omnes adhuc ita versum instaurasse, ut *dictís illaéc te anus* pessimo accentu tolerarent.

**) Quae praeter metricam difficultatem in hoc versu offendere videbantur, *quam* mutatum ab omnibus et *tuam in rem* addubitatum a nonnullis, satis defendisse mihi videor in appendice.

cipimus sub finem mancum esse, quode nemo adhuc cogitavit: ubi cum iam vocabulum creticum desideretur a vocali incipiens, quoniam *unice* vel *unicum* vix usui prorsus conveniunt, adieci *admodum* adverbium, quod similiter usurpatum est velut Epid. v. 140 sq. Sane hoc quoque loco, ut antea v. 523 : 538, obstare dixeris, quod etiamsi duos versus scaenae intercedenti largiamur, v. 634—649 XVII tantum versus complent: sed hoc quoque loco commodum est, incommodum quod videtur. Nam longe diversa ratione ductus v. 637 dudum lacunam statuit Seyffertus: qui quod desideravit etsi per se neglegentiae cuidam Plauti cum Langeno Stud. Pl. p. 285 imponere possis, tamen vel leviore opprobrio liberandus erit poeta, cum et in ipsis verbis traditis lacunae indicium remanserit et archetypum pleniorem fuisse aliunde appareat. Etenim post *Accipe hanc cistellam, Halisca* statim insequi *agedum, pulta illas fores* ne Langenus quidem voluit, unde *atque* saltem cum Pylade inculcavit. At quo loco sermonem magis quam metrum hiare sentimus, *s* litteram superesse invenimus tenuique iam insistimus vestigio. Quae vero intercessisse olim ex v. 713 sqq. concludimus, quamvis tres versus occupasse non prorsus incredibile sit, tamen nescio an altera potius lacuna in eadem pagina statuenda sit post v. 642. Vbi cum legamus *Alcesimarchum non uides ferrum tenens*, non recte duce B^2 vulgo corrigi puto *uides? ferrum tenet:* nam neque *tenet* facile in *tenens* abierit — contra facillime hoc ex illo effici potuit — neque melius *ferrum tenet* per se dicitur (unde *ferrum ut tenet* saltem Muellerus voluit). Quare etiamsi interruptam orationem signans *tenens* servavi, tamen melius putaverim loco consuli addendo versiculo ad hoc exemplum:

Alcésimarchum nón uides? ferrúm tenens
⟨Quaérit, quo letó miser sese ínterimat potíssumum.⟩

Sed de hac re qualecumque iudicium erit, certe nihil iam impedire concedes, quominus has lacunas inter se comparemus:

634
UTILLUDQUAMTUAMINREMBENECONDUCATCONSULAM⟨ADMODUM⟩
650
⟨CUMEXTEM⟩PLOHANCEGOTETULEROINTRALIMEN#ABIITABSTULIT

Deinde ego primus sub finem v. 672 lacunam signavi 'et ob metrum et ob *ueniant* v. 673': qua in re non neglegendum est ad hunc quoque versum notam criticam in *B* adpictam fuisse. Huc vero accedit quod etiam v. 691 in altera parte tam metro quam sententia simile detrimentum prodit: quae sibi accurate respondebunt, si v. 691 qui asynartetus est alteram partem seorsum perscriptam, v. autem 672 longiusculum bipartitum fuisse putamus.

Huic adiungitur altera ex eadem pagina lacuna in ipsis libris denotata v. 680 initio (quam non male explevit B^2 ⟨*Non sum*⟩, etsi nescio an praestet ⟨*Sumne in*⟩*scitior*): neque ambiguum erit, quin ea cohaereat cum v. 701 defectu quem *liquis* insanum prodit: pro quo quod cum B^2 substituerant editores post Camerarium *hi qui sunt?* ferri non posse Seyffertus docuit (*liquidumst* scripsi, UIDUMEST = SUMNEIN vel NONSUM supplens). Simul ex hac congruentia percipimus v. 695 sq. unum olim effecisse versum, sive septenarium (*Quis* ⟨*est*⟩*?* correcto) sive ex duobus semiquinariis iambicis compositum (cf. p. XXXVI adn.).

Sed etiam qui quartus est ab hoc v. 704 apertam lacunam habet*) — ad quam nota in *B* pertinebat olim — post *mulier mane* — quod ipsum solus *B* servavit, ut v. 692 verba *ago setius* —: ubi *amabo* adieci. Nam perperam alii versum deficientem sic curarunt, ut septenarium iambicum efficerent — quod deinceps sequitur metrum —: nam hunc versum cum prioribus anapaesticum esse *uolŭnt té* mensura probat, quam qui removere voluerunt, contra rationem criticam peccarunt, cum huius loci mutatio profluat demum ex mutatione antea minus recte instituta. Cum hoc vero detrimento satis commode convenit, quod v. 683 bacchiaca mensura claudicat: ubi aut *homo* post *nemo* supplendum erit aut *nullus* substituendum, si *nemo* pro vetere interpolatione habeas: quo ducere potest *B* codicis scriptura qualis ante correcturam fuisse videtur. Iam tres lacunae cum in hoc uno folio sese ex-

*) Contra fallax est lacunae species v. 699, ubi vetus versus bipartitio servata vacuum spatium litteramque maiusculam (*Oculis*) procreavit — accedente in *B* nota —, cum v. 679 in simili discriptione *an* servaverint libri, nisi quod *EJ An* exhibent.

cipiant, satis certa ratione statuimus v. 672 alteram partem usque ad v. 691 partem priorem XX versus effecisse oppositis v. 691 b sqq. (cf. p. XXXVI) cum his fere scissuris:

672 b. 680. 683
⟨ETNEQUITIAANGIT⟩
non sum
⟨SUMNEIN⟩SCITIORQUAEHOSROGEMAUTQUAEFATIGEM
nemo
NAMSI⟨NULL⟩USHACPRAETERIITPOSTQUAMINTROABII
691 b. 701. 704
⟨ET⟩MIHIESSE⟨OMNIBUSEXITIIS⟩POTEST*)
quis hi qui sunt
ADDUOSATTINETLIQ⟨UIDUMEST⟩ATTATSINGULUMUIDEOUESTIGIUM
REDEOINTRO#MULIERMANE⟨AMABO⟩SUNTQUIUOLUNTTECONUENTAM

Sed nondum exhausimus materiam quam una illa pagina praebet. Etenim v. 679 inter *abstulerit* et *sustulerit* lacunam exhibet *B* (ad quam nota addita erat in margine), quam B^2 voce *quisue* explebat. Iam etsi eodem loco *VEJ* item *quisue* tradunt, tamen de vetere supplemento non tantum propter *B* codicis auctoritatem facile cogitamus, verum etiam ideo, quia *quisue* per se offendit. Quam loci condicionem si reputassent, neque Langenus 'tradita' verba nimis patienter tolerasset 'Beitr.' p. 96 et confidentius fortasse suasisset Studemundus, de quo obiter cogitabat Stud. I p. 315 *Quis abstulerit, ⟨quor⟩sus tulerit*: quod quantopere praestet Bothianae scripturae vulgo et a nobis quoque receptae, quivis sentiet neque iam audacius videbitur commentum esse.

Iam vero huic defectui cum in ea quae sequitur pagina nihil respondeat, qui iusto intervallo praecedit v. 662 recte dudum a Seyfferto suppletus est**) voce *quam*. Potuerunt autem hae lacunae:

---

*) Sensui versuique, non prioris lacunae ambitui satisfacit, quod in contextum recepi ⟨*ét*⟩ *mi esse* ⟨*exitió*⟩ *potest*. Omnino autem notionem 'mali' ancillae instantis hoc loco extitisse praeter metrum verba *esse potest* arguunt: nam si *usui* ex priore parte enuntiati (*Quae neque illi quicquam usuist*) huc pertineret, *est* requireretur.

**) Iustum est intervallum, quoniam scaena intercedit et cantici discriptio admittit reliqua. Male vero Vssingius v. 662 *quam* non inseruit, sed ex *Nam* particula effecit accommodatissima; de quo autem Goetzius cogitavit: *Nam hercle ego illam anum inridere me* ⟨*ha*⟩*ut sinam: satiust mihi Quouis exitio interire* hiulcam reddit orationem, quam concinnam reddidit Seyffertus.

662
NAMHERCLEEGO⟨QUAM⟩ILLAMANUMINRIDEREMEUTSINAMSATIUSTMIHI
679
quisue
QUISEAMABSTULERIT⟨QUOR⟩SUSTULERITETUTRUMHAC

inter se cohaerere, siquidem alii archetypo vindicamus quam eas de quibus cum maxime diximus: ut in aliis fabulis probavimus partem harum scissurarum redire ad archetypum, qui *A* cum *P* communis fuerit, alias soli *P* archetypo convenire.

Quam coniecturam etsi caute, ut par est, concipiam, tamen aliquid adiumenti inde adsciscere puto, quod etiam de aliis locis postea (p. XXXVI) similiter iudicabimus. Interim ad proximum exemplum pergamus idque non facilius, sed gravius.

Vix enim ulla dubitatio esse potest, quin hae inter se congruant lacerationes manifestae:

711 sq.
UITAINTEREMERETTUM⟨AUTUMOTI⟩MORE⟨MIHI⟩EXCIDISSE
CISTELLAMHAECMULIER⟨PERDIDITMANE⟩AMUSERAPARUMPER
725 sq.*)
QUAAUFUGITQUAEDAM⟨EGOM⟩AESTIO⟨RUTUIUEREM⟩ # QUIDIDQUID-
NAMST
ALIENUM⟨QUIADABITMALUM⟩ETMAEROREMFAMILIAREM

Nam cum mediae lacunae duorum versuum sic sese excipiant aptissime, si potius cum lacuna paulo ampliore post v. 705 aperta alterum locum coniungas, neque similis est utriusque damni condicio neque iam est quod priori respondeat. Quod vero inter v. 711 et 725 XIV tantum versus intercedunt, considerandum est hos ipsos versus tantis difficultatibus obstrictos esse, ut ampliorem dittographiam Langenus demonstrare studuerit: quae tamen certis finibus circumscribi nequeat. Quare ut supra (p. XXVI) circa v. 531 lacunas potius quam interpolationem contextum discidisse vidimus, sic hoc loco complures versus desiderari colligimus: idque non modo ex versuum lacerorum distantia confirmamus, sed etiam ex eorum versuum qui antecedunt condicione. Nam

*) Sic paulo probabilius quam in apparatu hos versus supplevisse mihi videor tam ad sententiam quam ad lacunae congruentiam. V. autem 711 iam ⟨*ti*⟩*more* ⟨*mi*⟩ cum Pylade Bothioque reposui, pro quo ⟨*mi in cla*⟩*more* posueram, ut uno loco mutarem. At cum *timore* melius est, tum v. 725 revera duplicem lacunam esse ostendit, cui sic maxime satis fit.

neque maior ille defectus post v. 705 habet quod respondeat et v. 708 lacuna videtur extitisse item singularis, quae quidem mala interpolatione obscurata sit. Vbi cum *quaerere* traditum sit quo loco *tollere* unice quadrare et Valla vidit et critici ceteroqui cautissimi atque adeo anxii probarunt, nihil iuvat, si cum Langeno Stud. Pl. p. 284 retractatori omnia tribuimus, qui hoc maxime qui committere potuerit non magis intellegimus, quam si poetae ipsi relinquimus. Contra si statuimus scissura haustam fuisse aut totam formam aut priorem partem infinitivi, prorsus convenienter exemplis certissimis quae supra duce *A* explanavimus *quaerere* iudicabimus a librario profectum esse, qui locutionem per se aptam notamque, sed a persona causaque huius loci abhorrentem intulerit.

Iam haec de quibus modo disputavi quo intricatiora sunt et suapte natura variis dubitationibus obnoxia, eo splendidiora exempla ex ultimis scaenis fabulae agmen claudent.

Ac primum quidem tres versus deinceps in media parte mutilatos habemus 756—758, quibus aperte respondet, quod v. 739 eodem loco eadem ratione truncatus est: quem qui cingunt versus etsi litteris pleni sunt, tamen item labis vestigia prae se ferunt. Nam v. 738 *Quae illam cistellam perdidit quoi dat negat esse quod det* legitur sensu cassum, pro quo ex B^2 cum plerisque *quoidam* correximus. Sed cum haec ipsa scriptura pridem aliorum suspicionem excitaverit, iam accedente lacunae indicio augebimus suspicionem, quamvis incertum sit quid olim extitisse dicamus: non inepte, ni fallor, scribas *uelit, at negat e. q. d.* Praeterea fortasse verbi *perdidit* exitus suppletus olim potius quam traditus est. Item v. 740*), ubi *At pol illi quidam mulier in ulla opera gratuita est* nulla fere mutatione adhibita Muellerus emendavit rescribens *quoidam mulieri nulla o. g. e.*, partem scripturae traditae (fortasse obscuratae potius quam prorsus evanidae) ad coniecturam ex v. 736 similitudine petendam revocabimus. Vnde hanc fere imaginem archetypi recuperamus:

*) V. 741 ad verba *tua tibi nunc prodens* perperam ab omnibus mutata non quadrat *Commodo loquelam* (scil. meam), sed *Condomo loquelam* (scil. vestram), quo altercationem dirimit mulier.

738 sqq. dit quoi dat (quidam)
QUAEILLAMCISTELLAMPERDI⟨DITUELIT⟩ATNEGATESSEQUODDET
ATENIMILLEQUIDAMO⟨PERAMBONAMMAGIS⟩QUAMARGENTUMEXPE-
mulier in ulla opera T⟨ESS⟩IT
ATPOLILLIQUOIDAMMU⟨LIERINULLAOPE⟩RAGRATUITAST
756 sqq.*)
MEAST#EAST#⟨TOTQUAEST⟩USANNORUMATTULIT
QUIDQUA⟨ESTIEGOPARTEMDIMID⟩IAMQUAEROMEAM
ATPO⟨LEGOQUONIAMTRES⟩SUNTQUAEROTERTIAM

Vt vero duo versus desiderantur ad intervallum inter utramque lacunam complendum, sic aliquid inter v. 753 et 754 desiderari ad complendum colloquii tenorem diu est ex quo statuerunt critici: et vel duo versus deesse sine ulla suspicione eius quam nos addimus rationis Fleckeisenus contendit: quamquam dubitari potest, utrum alter eorum (quod ille voluit) Haliscae fuerit an uterque Lampadionis obloquium effecerit (cf. append. crit.).

Ad has vero lacunas mox altera adiungitur, ex qua elucet v. 738 sqq.: 756 sqq. finem folii occupasse, proximum autem defectum initium insequentis folii. Nam statim v. 760**) post *Aequomst* desiderari infinitivum (velut *tacere, seruare*) cum Camerario dudum perspexerunt homines docti. Mox vero v. 775 — intercedente non modo scaenae inscriptione, sed etiam lacuna inter v. 762 et 763, quam Seyffertus agnovit nosque ex nostra ratione iam confirmare certiusque circumscribere possumus, — *et padictonem* (vel *paditionem*) libri tradunt, ubi *et ⟨lam⟩padionem* restituit B^2: quod tamen non

*) Vix dubito, quin supplementa mea v. 757 sq. placitura sint: nam et *qua⟨esti partem dimid⟩iam* et *⟨quoniam tres⟩ sunt* fere exigit reliquiarum conexus. Contra quod v. 756 posui *⟨tot quaest⟩us annorum attulit* nescio an aliis quoque quaesitum videatur. Nihilo minus ex eis, quae de *afferre* verbi usu Plautino docuit Langenus, *-us* necessario suspicamur tale obiectum continere, simul vero quaestus partiendi notionem reliqua indicant: atque extat eadem forma Rud. 989. Sed *u* post *east*# relictum fortasse servare possumus, si admissa *ĕast* mensura scribimus *u⟨na quaest⟩us a. a.* Quamquam libenter cedam coniectori feliciori.

**) Cum veri non dissimile sit una cum altero paginae versu etiam primum dilaceratum fuisse, prona est suspicio in versibus 759 et 774 syllabas quasdam olim suppletas exhiberi ad illud quod supra ponam exemplum: neque tamen in *querit abam* sic disiuncto in libris vestigium huius rei agnosci velim.

sufficit metricae necessitati. Quare non dubitabis de detrimentis sic inter se conciliandis (vide adn.):

(759.) 760 abam
(QUODQUAERIT⟨ABAM⟩FILIAMINUENIMEAM)
AEQUOMEST⟨SERUARE⟩PERFIDEMQUODCREDITUMEST
(774.) 775 mines
(QUIDHOCNEGOTISTQUODOMNESHO⟨MINES⟩FABULANTURPERUIAS)
MIHIESSEFILIAMINUENTAMET⟨IAMLAM⟩PADIONEMMEINFORO

Iam intelleges quantopere erraverint qui extremum versum transponendo sanare voluerint. Itemque ex prioribus exemplis recte aestimatis nubes coniecturarum repellitur, quod nolui singillatim persequi: ipse si vis facile ex appendice adhibita percipies. Non minus autem praeclare hac obrussa usi divinationes quasdam veras vel veri similes reddere potuimus.

Quae vero singillatim effecimus si apte inter se coniungere conamur, ad novas res enucleandas deducimur. Quas enim in priore parte lacunas indagavimus, vix aliter ad iustam archetypi discriptionem revocare nobis continget, ac si a v. 7 sqq. integrum folium incepisse statuimus reliquaque sic digerimus, ut insequens tabula ostendit (in qua versus lacunosos sibi respondentes crassioribus numeris expressimus):

7 (9. 11. 13)—26	: **27 (29. 30. 33)**—46
47—63	: 64—83
84—103	: **104**—(sc. inscr.) 121
122—124. 133—148 (sc. inscr.)	: 149—**168**
169—188	: 189—(sc. inscr.) 205
206—227	: **228**—?

Vnde primum quidem percipiemus in alterius folii pagina priore tres versus desiderari: atque rectissime Seyffertus dubitationem movit de v. 52 sqq. (cf. append. crit.), ubi non modo hiulcam esse orationem dudum senserunt homines docti — quod aliquo modo ex animo mulieris commotiore repeti queat —, verum etiam *istaec uerba* non est quo referas ex usu et significatione pronominis.

Non minus grave est, quod v. 125—132 in eo archetypo, ad quem hae lacunae redeunt, aut non extitisse aut in margine tantum accessisse concludimus (ut v. 126—129 in *A* omissi sunt, cum quibus reliquos praeeunte Windischmanno pridem Ritschelius aliique damnaverunt): nam ratio-

nem plane constare, dummodo ab his versibus suspectissimis recedas, quisnam casui tribuet?

Deinde quem supra (p. XXV) dubitanter ibidem una traximus locum 206 : 228, iam confidentius defendemus, quoniam ex ipsius discriptionis concinnitate sententia nostra fulciri videtur. Quod vero item dubitanter damna versuum 82 : 102 et 156 : 176 ad eandem explicationem rettulimus (p. XX sq. et XXIV), iam intellegimus aut omnino aliter haec expedienda esse aut alii archetypo tribuenda, item ut v. 662: 679 (p. XXXI sq.).

Porro post maiorem illam sexcentorum fere versuum lacunam ab initio optime sic res procedit, ut ex vestigiis clarissimis hos paginarum fines recuperemus:

?—(**500.**) **502**	: 503—(**520.**) **522**
523—(sc. inscr.) **536. 537**	: **538**—(sc. inscr.) **554. 555**
556. 557—575	: **576. 577**—595
596—615	: 616—(sc. inscr.) 633
634—649	: **650**—(sc. inscr.) 667

Hoc quoque loco, quae sola praeter eas de quibus iam diximus paginas (p. XXVI. XXIX) spatium legitimum non complet pagina 576—595 — ubi XVIII senarii in libris sunt—, in ea certissimis rationibus ductus lacunas statui v. 581 sq. et 589 sq.: quas praeter bis duo quae signavimus hemistichia omissa integrum etiam versum complexas esse statuas, si scaenae inscriptioni post v. 630 unius tantum versus spatium tribuas.

Denique in extrema parte fabulae vel graviora damna contextum perpessum esse iam supra exposuimus. Nihilo minus prioribus satis accurate haec sese adplicat discriptio:

668 (sc. inscr. **672**)—(**680.**) **683**	: 684(**691**)—(**701.**) **704***)
705—**711. 712**	: 713—**725. 726**
727—**738. 739. 740**	: 741—**756. 757. 758**
759. 760—773 sc. inscr.	: **774. 775**—fin.

*) Ex hac discriptione huius folii probabile est inscriptionem scaenae duos versus occupasse (item post v. 652 et [? v. s.] 630) et praeter v. 672 et 691 (cf. p. XXX) etiam v. 671 bipartitum, v. autem 693—696 duobus, non quattuor, versibus (similiter atque in *B*) distributos fuisse.

Iam igitur ut supra vidimus (p. XXXII sq.) lacunae maiori post v. 705 conspicuae etiam in pagina insequenti maiorem lacunam respondere, sic nunc elucet etiam in proxima pagina non tantum duobus versibus — ut in ea quae opposita est (cf. p. XXXIV) —, sed vel sex versibus auctiorem fuisse archetypum: quamquam in his versibus 727—740 nihil desideratur, quod ad colloquii vices serendas necessarium fuerit, sed dilatatam potius fuisse altercationem dicteriis Servi Ancillaeque sumendum erit.

Atque fabulam, cuius archetypus tot lacunis scissurisque deformatus, tot correctionibus arbitrariis obscuratus fuerit, etiam aliis generibus corruptelae scatere et per se consentaneum est et facile comprobari potest. Item hinc refellitur eorum superstitio, quam numquam non impugnavi, qui nimis litteris traditis inhaereant rationesque criticas exegeticas grammaticas metricas ipsamque Rationem neglegant spernantque. Sed nolim his rebus exagitandis praefationis molem vel sic iusto amplioris augere. Ego vero non dubito, quin in hac quoque fabula saepius in contrariam partem peccasse iudicer. Sed etsi 'deliqui', non vereor ne 'vapulem', verum spero fore, ut aequi saltem iudices dent 'plausum postrema in comoedia'. In qua iam repeto, quod in prima quam edidi pronuntiavi: etsi non liceat subscribere EXPLICIT FELICITER, illud tamen subscribere possum (conferentibus mihi FLECKEISENO virorum Plautinorum antistite, GOETZIO socio fideli, SEYFFERTO adiutore liberalissimo) EMENDAUI UT POTUI.

Heidelbergae m. Febr. a. MDCCCXCIV.

F. S.

INDEX LOCORVM

(Stellulam addidi eis locis quibus aliquid correxi)

Arg. v. 10 sq.	p. VII adn.
v. 7—13	XXI sqq.
27—33	XXII sqq.
*39	XVII adn.
*52 sqq.	XXXV
*57	XVII adn.
82	XX sq., XXXVI
84	XX
102	XX sq., XXXVI
*104	XVII adn., XX
125 sqq.	VIII. XXXV sq.
133	XIV
149 sqq.	VIII sq.
156	XXIV sq., XXXVI
168	XXIV
176	XXIV. XXXVI
184	XXIV adn.
188 sq.	IX adn.
197 sq.	X
201 sq.	IX
203 sqq.	XIX
206	XXV. XXXVI
228	XXV. XXXVI
229 sqq.	XIX sq.
231 sqq.	XII
244 sqq.	XII
267 sqq.	XII
283	XIII
340 sq.	XVIII adn.
381 sqq.	XI. XIV
382	XIV adn.
408	XIII sq.
433	XV
462	XXVII adn.
500 sqq.	XXI
510 sq	VIII
511	XVII adn.
520 sqq.	XXI
523	XVI adn., XXV sq.
531	XXVI
532 sq.	VII adn.
v. 534 sq.	p. XXVI
536 sq.	XXVI sq.
538	XXV sq.
539	XXVII adn.
544	XI
554 sq.	XXVII
555 sqq.	XVIII adn., XXVII adn.
556 sq.	XXVII sq.
*563	XVII adn.
576 sq.	XXVII sq.
581 sq.	XXXVI XXVII adn
589 sq.	XXXVI
634	XXVIII sq.
637	XXIX
*642	XXIX
650	XXVIII sq.
662	XXXI sq.
672	XXX sq.
*677	XVII adn.
679	XXX adn., XXXI sq.
*680	XXX sq.
683	XXX sq.
*691	XXX sq.
699	XXX adn.
701	XXX sq.
704	XXX sq.
705 sqq.	XXXII sq.
708	XXXIII
*711 sq.	XXXII
*725 sq.	XXXII
*727 sqq.	XXXVII
*738 sqq.	XXXIII sq.
*741	XVII adn., XXXIII adn.
*756 sqq.	XXXIII sq.
759 sq.	XXXIV sq.
762 sq.	XXXIV
774 sq.	XXXIV sq.
782 sqq.	X

T·MACCI·PLAVTI

CISTELLARIA

GRAECA · MENANDRV

ARGVMENTVM

Comprímit adulescens Lémnius Sicyóniam.
Is rédit in patriam et gnátam generat núptiis.
Sicyónia aeque párit puellam. hanc séruolus
Tollit átque exponit ét ex insidiis aúcupat.
Eám sublatam méretrix alii détulit. 5
Lemnó post rediens dúcit quam compréſserat
Lemníque natam spóndet adulescéntulo
Amóre capto illíus proiectíciae.
Requírens seruos réperit quam proiécerat:
Itaque aéqua lege et ríte ciuem cógnitam 10
Alcésimarchus, út erat nactus, póssidet.

INCIPIT CISTELLARIA *BVEJ*. PLAVTI · POETE · CLARISSIMI · CISTELLARIA INCIP̄ · *F*. Plauti Poetae Ciſtellaria *Z*
1. lemnuſ *BVE¹J*. *corr. E²* liconiam *B*. liconia *E¹ et, post 5 litt. spat., VJ*. Lyonia *F*. ſiconia; *E²* (*) 2. inpatriam *BJ* nuptuſ *BVEJ* 3. Sycioni—a////eq;//// pariit *B* (eq; *in ras. 4 litt.: fuit* aaeque, *ut vid.*). Sycion aaequę parit *V*. Sycion aeque pariit *E*. Siciona aequę parit *J*. Sitionia eque parit *F*. Sityoni atque pariter *Z: corr. Pylades* (*) 4. aut cupat *V* (*) 6. redens *B¹VE¹: corr. B²E²* quam com compreſſerat *B* (*prius* com *lineola subduxit B², in altero* m *ex* n, *ut vid., cum ras. effecit*). quam cō conpreſſerat *V*. q cō conpſſerat *E* (cā *E². in marg.* al quā *E³*). qui eam compreſſerat *Z* 7. spondet *Bothius duce Parco*. deſpondet *F*. deſpondit *BVEJ* (*) 8. capti *J* proiecticiæ *B²*. pro lecticiæ *B¹*. prolętitie *V*. pro leticie *E*. ꝓletitię *J*. proiectitie *F* 9. repperit *BVJF*. reperit *E* ꝓ iecerat *B* 10. Itaque aequa ꝓ *coll. v. 532*. Itaque *libri* cinem *J* (*) 11. Alceſſi marchus *BVJ*. Alceſſi marcuſ *E*. Alcoſimarchuſ (*ut fere semper*) *F*

PERSONAE

SELENIVM MERETRIX
GYMNASIVM MERETRIX
SYRA (?) LENA
AVXILIVM DEVS PROLOGVS
ALCESIMARCHVS ADVLESCENS
THYNISCVS (?) SERVOS
AMICVS PATRIS ALCESIMARCHI (?)
PATER ALCESIMARCHI
LAMPADIO SERVOS
MELAENIS LENA
PHANOSTRATA VXOR
HALISCA ANCILLA
DEMIPHO SENEX
CATERVA

ACTVS I

SELENIVM. GYMNASIVM. LENA

SELENIVM

Quom ego ántehac te amáui et mi amícam esse créui,
Mea Gýmnasium, et mátrem tuám, tum id mihi hódie
Apéruistis, tu átque haec. sorór si mea ésses,
Qui mágis potueritis mihi honórem ire habitum,
Néscio, nisi, ut méus est animus, fíeri non posse árbitror: 5

1. *Varro de l. l. VII 98:* Apud Plautum 'quia ego antehac te amaui' ualet constitui: itaque heres cum constituit se heredem esse dicitur 'cernere' et cum id fecit 'creuisse': *ubi post* amaui *intercidisse* 'et mihi amicam esse creui': creui *apertum est: cf. Victorius Var. lect. VII 1. Priscianus inst. X 38 p. 529, 15 H.:* cerno creui: non solum enim *τὸ κοσκινίζων κρίνω* sic facit praeteritum, sed etiam cum pro uideo accipitur .... Plautus in Cistellaria 'cum ego te amaui, mea Antiphila, et mihi amicam esse creui': *cf. Ritschelius Opusc. phil. II p. 284 adn. Hinc pendet Osbernus p. 129 M.*

Act. I Sc. 1 MERETRICES·II·S GYMNASIVM & SELENIV̄ ‖ LENA *B.* MERETRICIS·II GYMNASIV̄ ⁊ SELENIVM LENA *V.* Meretricis·II·Gymnaſiū & Selenniū (*sub finem folii rubro subducta*) ‖ MERETRICIS·II·GIMNASIV̄ & SELENIVM·LENA *E.* MERETRICES DVAE·GYMNASIVM·ET SILENIVM·LENIA *J.* Silenium·Gymnaſium·meretriceſ due. Lena *F.* Meretriceſ due Gymnaſium. Silenium. Lena *Z* 1. SELE *praem. B,* Sileñ·*VE,* Sit *J* Cum ego *B, Priscianus.* um ego *c. sp. in. VE.* quia ego *Varro.* Quom *F.* Cum *JZ* ante hac *BVE*²*J.* anted hac *E*¹: *om. Priscianus* amaui, mea Antiphila *Priscianus* mihi //////// (*er.* eſſe, *ut vid., vel* &) *B.* mihi *ceteri* (*) 2. Mæa *E* gimnaſium *B.* gimnaſſium *E* (*) 3. Aperuiſti *BVE: corr. JFZ* 4. potueriſ *B* (*) 5. niſi *om. JFZ* m̄ſ *V.* /// m̄ſ (*er.* o, *ut vid.*) *E*

Íta omnibus relíctis rebus mí frequentem operám dedistis.
Éo ego uos amo mérito et eo a me mágnam inistis grátiam.

GYMNASIVM

Pol istó quidem nos pretió facile
Optántist frequéntare utíbilisque habére:
Ita in prándio nos lepide ác nitide, 10
Accépisti apúd te, ut sempér meminerímus.

SELENIVM

Lubénti edepol ánimo factum ét fiet á me,
Quae uós arbitrór uelle, ea út item expetéssam.

LENA

Quód ille dixit, quí secundo uénto uectus ést

---

6 *et* 8 *sqq. Varro de l. l. VII 99* (*cf. ad v. 1*): apud eundem quod est 'mi [quo desimi *F: corr. Augustinus*] frequentem operam dedistis' ualet assiduam .... itaque illud quod eaedem mulierculae dicunt '⟨pol ist⟩o quidem nos pretio ⟨facile o⟩ptanti est [*sic suppl.* ℭ: dicunto quidem nos pretio (*sub finem folii*) ptanti est (*in initio folii*) *F.* dicunt ⟨pol istoc⟩ quidem nos pretio tanti est *ed. Spengelius, apud quem videas aliorum conamina: at* pol ist *intercidisse* o *relictum,* facile *interpretatio docet*] frequentare: ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti' apparet dicere: facile est curare ut adsimus, cum tam bene nos accipias. 14 *sq. Varro de l. l. V 72:* Venelia a ueniendo ac uento illo quem Plautus dicit 'quod ibi

---

6. mi *Varro.* mihi *libri* (m̊ *ex* n̊ *E*) frequentē *B V E*³. frequente /// (*cr.* r *vel* f) *E*¹. frequent̃ *J.* frequenter *F* 7. Eo *B F.* Et *V E J Z* uos amo merito *duce Muellero* ℭ. uoſ amo *B V E F Z.* amo uoſ *J* (uos *J*² *s. v.*) /// eo *E* (*cr.* m) ame *B E J* /// magnam (*cr.* a) *J* (*) 8 *sq.* isto *Luchsius comment. pros II p. 7: cf. testim.* iſtoc *B V E F Z.* iſtuc *J* precio *B F.* p̄tio *E.* p̄cio *J* facile ‖ Optantist frequentare ℭ *duce Varrone.* facile eſt frequentare ‖ Tibi *libri* (*cr.* facile ẽ *ante* facile eſt *V in fine v.*) utibilisque *Bothius.* utiliſ que *B.* ut illiſ que *V E J* (quę) *F Z* haberi *ex* habere *B*², *ut vid.* habere /// (*cr.* ſ) *E* (*) 10. inprandio *B E J* ȧnitide *E.* atque nitide *B: cf. testim.* (*) 11. Accepiſti, ti *ex* a *ut vid., B* aput *J* meminerimuſ *B*² *F.* meminerif *V E J.* meminer (min *ex al. litt., fort.* mn *vel* nim) *B*¹. meminerim *Z* 12. Lubenti *Bothius duce Pylade.* Lubentique *B J F Z.* lubentique *V E* /////// edepol *B* (*cr.* SELEN, *ut vid.*) /// animo *B* (*cr.* f) ame *B E J* (*) 13. ut item ℭ. ut *libri* expetessam *Gronovius.* expeteſ *libri* (*) 14 *sqq.* LEGY *praem. V,* legī *E,* GY *B* *Sic discr.* ℭ, *ubi libri habent:*
Quod ille dixit qui ſecundo uento uectuſ eſt tranquillo mare
Ventum gaudeo · ecaſtor ad te ita hodie hic accepte ſumuſ ſuauibuſ modiſ

Tránquillo marí: uéntum gaudeó 15
Écastor ad te: íta hodie hic
Ácceptae sumús suáuibus modís
Néc nisi disciplína apud te fúit quicquam ibi, quin míhi placeret.

SELENIVM

Quíd ita, amabo?

LENA

Ráro nimium dábat quod biberem, id mérum infuscabat.
95. *Gorgini dat Studemundus dubitanter* Haud *vel* Haut *libri Prisciani* III *Nonius p. 138, 23:* Mendicarier pro mendicare et mendicabulum pro mendicatione. Plautus Vidularia: 'Malim ... mali' 96. malum L^1 mendicare L 97. *Ita Quicheratus Studemundusque duce Lipsio* (Boni im miserantur, illunc irrident mali). Boni ministrantur illum nunc irrident (inrident L^1) mali *codices Nonii* (*) IV *Nonius p. 123, 32:* Icit significat percutit, ab ictu. Plautus . . . idem Vidularia: 'Ibi . . . uidulum' 98. ici *apud Nonium vulgatur.* uici (ci *in ras.* H^1) *codices Nonii* V *Nonius p. 468, 33:* Deluctaui, pro deluctatus sum. Plautus...idem in Vidularia: 'Quid . . . luctauimus' 99. plurimum *codices Nonii* VI *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 123, 26:*...myrtetum, quamuis feminino genere Plautus in Vidularia (*ita vel* uicularia *vel* uitularia *vel* uidulario *codices*): 'Nescio qui. . .prosiluit' *Porphyrio in Hor. carm. I 38, 7:* Plautus in Vidularia (in aulularia *recentiores codices*) myrtum et feminino genere et neutro dixit: feminino sic: 'Per myrteta prosiluit. [et] haec myrtus Veneris est'. haec myrtus et haec myrteta † nomen (locum *codd. rec.*) significat 100 sq. Nescio qui (quis *LKdh Prisciani*) *libri* seruus *codices* per myrteta *Porphyrio.* e myrteta (*vel* mirteta) *Priscianus: quo de cum Stowassero Stud. Vindob. XII p. 126 dubito* prosilit *Bothius* prosiluit *Priscianus cum Porphyrione Coniunxi duo fragmenta* (*)

VII *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 528, 19:* In 'no' o uel g antecedentibus per 'ui' diuisas faciunt praeteritum, ut pono posui . . . antiqui tamen et 'posiui' protulisse inueniuntur. Plautus in Vidularia: 'Nunc ...posiuimus' 102. uidulum *et* posiuimus *libri Prisciani longe plurimi* (*)

VIII

Inopiam, luctúm, maerorem, paúpertatem, algúm, famem.

IX

Éiusdem Bacchaé fecerunt nóstram nauem Péntheum.

X

A. Óppositast claxéndix. B. At ego sígni dicam quíd siet. 105

XI

Sígnum recte cónparebat: húius contendi ánulum.

XII

Immo íd quod haec nostrást patria et quod híc meus
Pater, íllic autem Sóterinis ést pater.

XIII

Paupera haec res est

VIII *Priscianus I (G. L. II) p. 235, 4 (cf. p. 192):* 'Algor, algōris', quod etiam 'hic algus, huius algus' dicitur. Plautus in Vidularia: 'Inopiam...famem' 103. merorem *plerique libri Prisciani* (*) IX *Priscianus I (G. L. II) p. 299, 15:* Inuenitur tamen in usu etiam in 'um' accusatiuus huiuscemodi nominum (*h. e. in* cus *exeuntium*). Cicero . . . Plautus in Vidularia: 'Eiusdem . . . Pentheum' 104. bacche *vel* bache *codices* (*) X *Ad Prisciani I (G. L. II) p. 165, 12 sqq. in codicibus haec adscripta inveniuntur:* Similiter radix claxendix quod significat concham qua signum tegitur. Plautus in Vidularia: 'Opposita est . . . sit': *cf. Hageni Anecd. Helv. p. CLXXIX:* Claxendix tubae custodia quasi caloxendix a uerbo kalo idest uoco uel calaxendix quod significat conca idest tuba, qua signum detegitur idest aperitur et est compositum a nomine classis idest tubae et altero nomine dicis, idest manifestatio: claxendix tuba manifestatrix *Adde Osbern. p. 151* 105. opposita est *codices* clasendix *GL* at uero *G* siet *Bothius.* sit *codices* *Inter duas personas distribuit Studemundus alteram partem Nicodemi esse ratus* (*) XI *Nonius p. 258, 35:* Contendere significat conparare. Plautus in Vidularia: 'Signum...anulum' 106. conparebat L^1. comparabat *rell.* comparebat *Mercerus* (*) XII *Priscianus I (G. L. II) p. 317, 19:* In 'is' productam Graeca et Latina masculina uel feminina uel communia...'haec Soterīs, huius Soterinis': Plautus in Vidularia: 'Immo ...pater' 107. haec nostra est *codices* (*)

XIII *Priscianus I (G. L. II) p. 152, 8:* Pauper, cuius femininum in a quoque uetustissimi proferebant. Plautus in Vidularia: 'Paupera haec res est' *Probus Cathol. 16, 13:* Dicitur et haec paupera. Plautus: 'Paupera haec res est' *ubi* paupera *post* est *in marg. cod. Bob.,* haec res est paupera *editio princeps* 109. (*)

XIV

Vbi quámque pedem uíderat, subfúrabatur ómnis. 110

XV

⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ – ◡ ⏑ Nam audiui féminam
Égo leonem sémel parire ⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ –

XVI

Nunc séruos argentum á patre expalpábitur.

3 FRAGMENTA DVBIA

XVII

⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ Malo hunc ádligari ad hóriam,
Vt semper piscétur, etsi sít tempestas máxuma. 115

XVIII

Hunc iuuenem ínsui
Cúlleo atque déportari iússi [annonam bonam] píscibus.

XIX

◡ ⏑ ◡ – ◡ Séd leno egreditúr foras:
Hinc éx occulto sérmonem eius súblegam.

XIV *Nonius p. 220, 24:* Pedis quem nos pediculum dicimus generis masculini est. Nouius...Feminino Plautus Vidularia: 'Vbi ...omnis' 110. uiderat *Fleckeisenus Nóv. ann. phil. a. 1861 p. 575.* uidebat *codices* subpurabatur L^1. suppurabatur L^2. supfurabatur H^1 suffurabatur H^2G (*) XV *Philargyrius in Verg. Buc. II 63:* Torua leaena...dicebant enim leonem masculum et feminam, ut Plautus in Vidularia: 'Nam...parire' 111. 112. *Ita numeros constituit Studemundus* (*)

XVI *Nonius p. 104, 7:* Expalpare, elicere...Plautus Vidularia: 'Nunc...expalpabitur' *Idem p. 476, 22:* Expalpabitur, pro expalpabit, quod est extorquebit. Plautus in Vidularia: 'Seruus... expalpabitur' 113. Nunc *om. Nonius posteriore loco* seruus *codices* a patre argentum *Nonius p. 476* (*)

XVII *Fulgentius de abstr. serm. p. XIV et XV ed. L.:* Oriam dicunt nauiculam modicam piscatoriam, unde et Plautus in Cacisto ait: 'Malo...maxima' 114 *sq.* alligari *cod. Brux. 9172* oriam *codices* maxima *cod. Brux. 9172.* aliqua *cod. Brux. 10083* (*) XVIII *Fulgentius p. XXII et XXIV:* Culleum dicitur saccus in quo rei inclusi in mare mittuntur, sicut ait in Vidularia Plautus: 'Hunc ...piscibus' 116 *sq.* iuuenem hunc *et* in culleo *et* in altum deportari *cod. Brux. 9172* piscibus *om. idem* (*) XIX *Nonius p. 332, 33:* Legere subripere significat...Plautus Aulularia: 'Sed...sublegam': *quibus verbis cum in Aulularia locus non sit, ad Vidulariam transtulerunt Guyetus, Mercerus, alii* 118 *sq.* sermonem eius *Mercerus.* sermone atus (*vel* satus *vel* aius *vel* auis) *codices* (*)

II

FRAGMENTA FABVLARVM PRAETER VARRONIANAS

1 FRAGMENTA FABVLARVM CERTARVM

ACHARISTIO

I

Quám ego tanta paúperaui pér dolum pecúnia.

II

∪ ∠ panem et poléntam, uinum, múrrinam.

ADDICTVS

Opus fácere nimio quám dormire máuolo:
Vetérnum metuo.

ACHARISTIO (*) I *Nonius p. 157, 3:* Pauperat (*ita Quicheratus:* Pauperauit *codd.*), id est pauperem facit. Plautus . . . idem Acharistione (acaristione *HG*, acaristudio *L: cf. Ritschelius Parerg. p. 105*): 'Quam . . . pecunia' 1. (*) II *Plinius Nat. Hist. XIV 92:* Lautissima apud priscos uina erant murrae odore condita, ut apparet in Plauti fabula quae Persa inscribitur (= *v. 88*), quamquam in ea et calamum addi iubet. ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. sed Fabius Dossennus his uersibus decernit: 'mittebam uinum pulchrum murrinam', et in Acharistione: 'Panem . . . murrinam'. Scaeuolam quoque et L. Aelium et Ateium Capitonem in eadem sententia fuisse uideo, quoniam in Pseudolo sit (*v. 740 sq.*): 'quod si opus est ut dulce promat indidem, ecquid habet? Rogas? murrinam, passum, defrutum, mella?' quibus apparet non inter uina modo murrinam, sed inter dulcia quoque nominatum *Cf. Ritschelius Parerg. praef. p. XIII, Opusc. III p. 177, Schoellius ad Persae v. 88*
2. uisum *D* murrina *E* (*)

ADDICTVS (*) *Gellius III 3, 14:* Sed enim Saturionem et Addictum et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non subpetit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt...

Servius ad Verg. Georg. I 124: Veterno pigritia: nam ueternum dicitur morbus intercus, id est ὕδρωψ, qui homines efficit pigros. 'intercus intercutis'. (*quae secuntur Servii plenioris sunt*) (Veterno) otio, quia plerumque otiosos solet hic morbus incessere: Plautus in Addicto: 'Opus . . . metuo' 3 *sq.* (*)

AGROECVS

quasi lupus ab ármis ualeo, clúnes infractós gero. 5

ANVS

ARTEMO

I

Nunc míhi licet quiduís loqui: nemo híc adest supérstes.

II

* * * mulionum nauteam fecisset * * * lem atque aro * * *

III

et . . . rauim

AGROECVS (*) *Gellius III 3, 9:* M. tamen Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii uerba haec ponit: 'Nam nec Geminei lenones nec Condalium nec Anus Plauti, nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit, neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci Titi' *de quorum verborum pristina forma quae docti proposuerint ex Hertzii apparatu disci potest* *Nonius p. 196, 32:* Clunes feminino Oratius ...masculino Plautus Agroico (*ita Iunius:* abroico *libri*): 'Quasi... gero' *Paulus ex Festo p. 61, 17:* Clunes masculine. Plautus: 'Quasi...fero' *Eundem versum ex Verrio Flacco petitum apud Charis. p. 101, 10 olim exstitisse duce Keilio suspicatur Ritschelius Op. III p. 184* 5. quas *L Nonii* infractos *Paulus, Ritschelius.* desertos *libri Nonii, unde* distortos *Ritschelius: fortasse duplex scriptura antiqua est* gero *Nonius.* fero *Paulus* (*)

ANVS unius Accii apud Gellium testimonio quod sub AGROECO positum est innotuit: cf. Ritschelii Parerg. p. 138. 147

ARTEMO (*) I *Festus p. 305, 27:* Superstites testes praesentes significat. cuius rei testimonium est, quod superstitibus praesentibus i (l. *cod.*) inter quos controuersia est, uindicias sumere iubentur. Plautus in Artimone: 'Nunc...superstes' *Pseudacro ad Hor. Epod. I 5:* Superstitem pro praesenti posuit, ut Plautus: 'Nemo ...superstes' (*) 6. hic adest *Festi cod. cum Pseudacronis A.* adest hic *reliqui Pseudacronis libri* *Cf. Paulus p. 304, 4* II *Festus p. 165, 27:* [Nauteam ait Opi]lius Aurelius herb[ae genus esse granis nigris], qua coriari utuntur, [cuius uideri a naue duc]tum nomen, quia nauseam fa[cit permutatione T et] S litterarum interme-[diarum antiquis consueta]. Plautus in Artemone: [unguentum quod naribus mu]lionum nauteam fecisset.....lem atque aro..... *Cf. Paulus p. 164, 12* 7. (*) III *Festus p. 274, 29:* Rauim anti[qui dicebant pro raucitate]. Plautus: ubi si quid pos[cam usque ad rauim posc]am. item: Experiuraui her[cle omnia ad raucam rau]im. et in Artemoni: Et [. . . . . Caecilius] in Hypobolimaeo: Prius [ad rauim ....]ntam feceris *Cf. Paulus p. 275, 4* 8. rauim *in fragmento fuisse Festus docet*

ASTRABA

I

A. Séquere adsecue, Pólybadisce: meám spem cupio cónsequi.
B. Séquor hercle equidem: nám lubenter meám speratam cónsequor. 10

II

Áxitiosae annónam caram e uíli concinnánt uiris.

III

Quási tolleno aut pílum graecum réciprocas planá uia.

IV

Terebrátus multum sít: subscudes áddite.

ASTRABA (*) *Probus in Verg. Bucol. p. 2, 21:* Hoc idem carmen et astrabicon dictum est ex forma, qua aduecti fuerant, qui illa cantaturi erant. sunt autem astrabae uehicula dicta *παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι*: quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi uehiculis inducit *C. G. L. II p. 22, 15:* Astrama*: σανίς, ὑποπόδιον* = *C. G. L. IV p. 406, 29:* Astraba tabella ubi pedes requiescunt: *cf. Ind. Ien. aest. 1893 p. III sq.*
I *Varro de l. l. VI 73:* Etiam spes a sponte potest esse declinata, quod tum sperat, quom quod uolt fieri putat (*cf. Krumbiegel de Varr. scrib. gen. quaest. p. 62*). nam quod non uolt si putat, metuit, non sperat.... (*lacunam indicavi Ind. Ien. aest. 1893 p. VI*) itaque hi quoque qui dicunt in Astraba Plautina: 'Sequere...consequor', quod sine sponte dicunt, uere neque ille sperat qui dicit adulescens neque illa sperata est
9. Plautina: Sequere *Ritschelius Op. III p. 190.* plautin ea sequere *F* adsecue *Lachmannus ad. Lucr. V 679.* adseque *F* Polybadisce *Scaliger.* polyba disce *F* cupio difec (*vel* desee *in marg., del. postea*) consequi *F ante corr.* (*) 10. hercle equidem *L. Spengelius, Ritschelius l. s. s.* herclem (*corr. ex* erclem *vel* ercle *m. 2, ut vid.*) quidem *F* meam speratam *Ritschelius l. s. s.* mea sperata *F* (*) II *Varro de l. l. VII 66:* In Astraba (astriba *F*): 'Axitiosae...uiris'. Idem in Sitellitergo... Sic Claudius scribit axitiosas demonstrari conciliatrices (*ita scripsi duce Loewio: cf. Ind. Ien. aest. 1893 p. VI:* consupplicatrices *F*). Vt ab una faciendo factiosae, sic ab una agendo axitiosae dictae (*cf. quae dixi l. s. s. p. VI.* actiosae dictae *codex, ante* ut *verba* ab agendo axitiosas *exhibens*)
11. Axitiosae *Aldus.* ac sitiose *F* (*) III *Festus p. 274, 25:* Reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere. Pacuius...Plautus in Astraba: 'Quasi...uia' *Cf. Paulus p. 275, 9* (*) 12. tolleno *Scaliger.* tollenono *codex* gręcum *cod.* reciprocas *O. Muellerus, Ritschelius.* reciproceis *codex* plana uia *Scaliger, Ritschelius.* plana uta *codex* (*) IV *Festus p. 306, 31:* [Subscudes ap]pellantur cuneatae (cunetae *cod.*) ta[bellae quibus] tabulae inter se con[figuntur qui]a, quo eae immittantur (a *ex* u *cod.*), [succiditur. Pa]cuius...Plautus in Astraba (ineastraba *cod.*): 'Terebratus ...addite' *Cf. Paulus p. 307, 6* 13. sit: *Ritschelius.* sit et *codex* (*)

V

Apluda

VI

Térebra tu quidém pertundis. 15

VII

Dare pédibus protinam sése ab his regiónibus

BACARIA

Quis ést mortalis tánta fortúna affectus úmquam,
Qua ego núnc sum? quoius haec hódie uentrí portatur pómpa:
Vel núnc hic qui mihi ín mari acipénser latuit ántehac,
Quoius látus in latebras réddam meis déntibusque et mánibus. 20

V *Gellius XI 7, 4 de advocato quodam agens:* Legerat autem ille 'apludam' ueteres rusticos frumenti furfurem dixisse idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est, quae Astraba inscripta est, positum esse *Nonius p. 69, 24 (ex Gellio, ut videtur):* Apludas frumenti furfures dixerunt (*ita Quicheratus.* dicunt *codd.*) rustici ueteres. hoc in antiquis inuenitur, quorum in dubio est auctoritas. quamquam et Plautus in Astraba fabula ita dixerit. cuius incertum est an sit ea comoedia (eius comoedia *codd. corr.: Ritschelius Parerg. p. 131*) atque ideo uersus eosdem ponere supersedimus *Placidus p. 8, 13 (= C. G. L. V p. 6, 30 = 48, 9):* Apluda furfuribus milii pannicique *et p. 8, 3 (= C. G. L. V p. 6, 20 = 43, 6):* Ablundam paleam. *Adde glossas glossarii 'aa' (C. G. L. V p. 435, 25):* Ablunda panici et milei folliculus *et (C. G. L. V p. 440, 48):* Aplunda paniculi et milei *Paulus p. 10, 14:* Apluda est genus minutissimae paleae frumenti siue panici de qua Naeuius: non hercle apluda est hodie quam tu nequior: *unde pendet Osbernus Nov. thes. p. 54: cf. Ind. Ien. aest. 1893 p. VII* 14. (*) VI *Nonius p. 62, 26:* Exterebrare est ui aliquid extorquere et scrutari aut curiosius quaerere (*ita codd.* aut curiosius quaerere et scrutari *L. Muellerus: de lacuna cogitat Ritschelius*). Plautus in Astraba, cum in curiosum iocaretur: 'Terebratum quidem pertundis' 15. Terebra tu *Turnebus* (*)

VII *Nonius p. 376, 3:* et quoniam nonnulli ueterum pro eo quod protinus est protinam uel protinis conuerterunt, exempla de his necessario (*ita Carrio.* necessaria *codd.*) decerpenda sunt. Afranius... Plautus in Astraba (*ita Iunius.* in astrauada *codd.*): 'Dare...regionibus' 16. (*)

BACARIA (*) *Macrobius Sat. III 16, 1:* Nec accipenser (*ita BP*), quem maria prodigis nutriunt illius saeculi delicias euasit et ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse, accipite ut meminerit eius Plautus in fabula quae inscribitur Bacaria (*ita Ritschelius Opusc. III p. 197.* baccharia *libri*) ex persona parasiti: 'Quis est...manibus' 17. (*) 18. cuius *codices* hodie *add. Schoellius: om. codices* (*) 19. hic *addidit Ritschelius l. s. s.: om. codices* a///cipenser *P.* ancipenser *B* (*) 20. cuius ego *libri, ubi* ego *delevi* dentibusque *Seyffertus.* dentibus *libri* (*) 20. (*)

BIS COMPRESSA

BOEOTIA

I

Vt illúm di perdant prímus qui horas répperit
Quique ádeo primus státuit hic solárium:
Qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
Nam unúm me puero uénter erat solárium
Multo ómnium istorum óptumum et ueríssumum: 25
Vsque ís monebat ésse nisi quom níl erat.
Nunc étiam quomst, non éstur, nisi solí lubet.
Itaque ádeo iam oppletum óppidumst soláriis,
Maiór popli pars árida reptánt fame.

II

Vbi prímum accensus clámarat merídiem 30

BIS COMPRESSA (*cf. app. crit.*) *solius Accii testimonio innotuit, cuius verba apud Gellium III 3, 9 servata ad AGROECVM attuli*

BOEOTIA (*cf. AGROECVS et app. crit.*) *Gellius III 3, 3:* Nam praeter illas unam et uiginti... quasdam item alias probauit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit, sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen 'Boeotia'. Nam cum in illis una et uiginti non sit et esse Aquili dicatur, nihil tamen Varro dubitauit, quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, si uel hos solos ex ea fabula uersus cognouerit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus. Parasitus ibi esuriens haec dicit: 'Vt illum... fame'

21. dii *VR et codices recentiores* oras *R* reperit *V et codices recentiores* 22. Quicque ad eo *V* 23. cominuit *P* articulatim *ex* articulatum *corr. V* 24. Nam unum me *Hertzius.* Nam me *libri* uenter erat *Salmasius Exerc. Plin. p. 650 ed. a. 1629, Bentleius.* ueter erat *VR, excerpta Scioppii.* ueteterat *P* (*) 25. optimum *libri, ex* omnium *corr. V* uerissimum *libri* 26. Vsque is *scripsi.* Vbi iste *codices* cum *codices* nihil *et* nichil *codices* 27. quomst *Bothius.* quod est *VP.* quid est *R* estur *editiones veteres.* est *codices* libet *codices* (*) 28. oppidum est *Hermannus, Bothius.* est oppidum *codices* 29. popli pars *Bothius.* pars populi *codices, nisi quod* populiari direptā,[t] *R* arida *Hertzius.* aridi *codices* repetant *ex* reptant *corr. codd. Vindob., alii* (*) II *Varro de l. l. VI 89:* Accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam Aquilii (alii *cod.*) esse dicunt, hoc uersu: 'Vbi... meridiem' 30. clamant *M* (*)

CAECVS VEL PRAEDONES

I

Nil quícquam factum nísi fabre
Nec quícquam positum síne loco,
Auro, ébore, argento, púrpura,
Pictúris, spoliis, túm statuis

II

Néque eam inuito a me úmquam abduces. 35

III

Spéctaui ludós magnifice atque ópulenter.

IV

Plure áltero tantó quanto eius fúndus est
Velim.

V

Ita súnt praedones: prórsum parcunt némini.

VI

In peregre est 40

CAECVS VEL PRAEDONES (*) I *Charisius* (*ex Iulio Romano*) *p. 199, 31:* Fabre Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Nihil ...statuis' 31—34. *Numeros ita constitui* Nihil *N* luco *N* (*) II *Charisius p. 202, 30* (*ex Iulio Romano*)*:* Inuito ut falso Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Neque...abduces' quod idcirco putaui tractandum, quia numero plurali aduerbialiter inuitis uideo dictum, et apud eos forsitan cum continua uoce laetentur 35. (*) III *Charisius p. 209, 24* (*ex Iulio Romano*)*:* Opulenter Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Spectaui...opulenter' 36. (*) IV *Charisius p. 211, 27* (*ex Iulio Romano*)*:* Plure Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Plure...uelim' 37 *sq.* (*) V *Charisius p. 211, 32* (*ex Iulio Romano*)*:* Prorsum Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Ita...nemini' VI *Charisius p. 212, 18* (*ex Iulio Romano*)*:* Peregre cum abit quis dicimus in locum, ut Titinius ... Plautus quoque in Praedonibus uel in Caeco: 'In peregre est' 40. (*)

VII

A. Velím ted arbitrári factum. B. Sédulumst,
Si súmmouentur hóstes, remouentúr lapes.

VIII

Sí non strenué fatetur, úbi sit aurum cónditum,
Mémbra ei exsecémus serra.

IX

Nil féci secus quam mé decet. 45

X

A. Quis tu és qui ducis mé? B. Mu. A. Perii hercle, Áfer est.

CALCEOLVS

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ Molluscám nucem
Super éius dixit ímpendere tégulas.

VII *Charisius p. 219, 9 (ex Iulio Romano):* Sedulum Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Velim...lapides' 41 *sq.* ted *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 39 (a. 1884) p. 418 adn.* te *codex* factum ℞ sedulum est (*h. e.* factum. respondetur: Sedulum est) *codex: videtur igitur codex indicare, verba* Sedulum est *alius personae esse (cf. 198, 22; 207, 10)* Si *add. Buechelerus l. s. s.: om. codex* lapes *Buechelerus l. s. s. coll. Prisc. I (G. L. II) p. 250, 9.* lapides *codex* (*)

VIII *Charisius p. 219, 16 (ex Iulio Romano):* Strenue Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Si...serra' 43. conditum *et* ei *add. Ritschelius Opusc. II p. 325: om. codex* 44. (*) IX *Charisius p. 220, 19 (ex Iulio Romano):* Secus pro aliter Naeuius...et Plautus in Caeco: 'Nihil...decet' 45. (*) X *Charisius p. 240, 3 (ex Iulio Romano):* Mu Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Quis...Afer est' 46. perii *olim emendatum.* pueri *codex* *Personas distribuit Bothius* Perii hercle, Afer *distinxi cum Fabricio* (*)

CALCEOLVS Macrobius Sat. III 18, 9: Nucem molluscam licet hiemis nobis tempus inuideat, tamen quia de nucibus loquimur, indictam non relinquamus. Plautus in Calceolo sic eius meminit: 'Molluscam...tegulas'. ecce Plautus nominat quidem, sed quid sit nux mollusca non exprimit. est autem Persicum quod uulgo uocatur, et mollusca nux dicitur scilicet quod ceteris omnibus nucibus mollior sit *Ex Macrobio pendet Osbernus Nov. thes. p. 279* 47. 48. (*)

CARBONARIA

I

⊥ ego pernam, súmen sueris, spétile, callum, glándia.

II

Pátibulum ferát per urbem, deínde adfigatúr cruci. 50

III

⊥ secundum eámpse aram aurum abscóndidi.

CESISTIO

Dis stríbula aut de lúmbo obscena uíscera.

COLAX

I

Bátiolam auream ócto pondo habébam: accipere nóluit.

CARBONARIA (*) I *Festus p. 330, 24:* Spetile uocatur infra umbilicum suis, quod est carnis, proprii cuiusdam habitus, exos, qua etiam antiqui per se utebantur. Plautus enumerandis suillis (enumerandis uillis *cod.: corr. A. Augustinus*) obsonis in Carbonaria sic meminit: 'Ego...glandia' *Cf. Paulus p. 331, 10* 49. sueris *Turnebus Adv. XIV 1.* sueres *cod.* spectile *cod.* spetile *in lemm. idem* callum *Vrsinus.* galium *codex* (*) II *Nonius p. 221, 13:* Patibulum genere neutro. Masculino...Plautus Carbonaria: 'Patibulum ... cruci' 50. adfigatur *vir doctus in Nonii ed. Bas.* adfigat *vel* affigat *codices* (*) III *Priscianus I (G. L. II) p. 516, 5:* A 'do' uerbo, quod simplex primae est coniugationis, composita cum praepositione tertiae sunt et primitiui seruant perfectum duplicantia 'di'...itaque omnia idem praeteritum perfectum seruant: 'credidi, uendidi, condidi, abscondidi'. Plautus in Carbonaria: 'Secundum...abscondidi' 51. eampse *Fleckeisenus.* ipsam *Priscianus* (*)

CESISTIO (*) *Varro de l. l. VII 67:* In Cesistione: 'Distribula...uiscera'. stribula, ut Opilius scribit, circum coxendices sunt bonis: id graecum est ab eius loci uersura 52. Dis stribula *Buecheleru.* distribula *F* aut *Scioppius.* ut *F* obscoena uiscera. stribula *pro* obscenabis cerastribula *codicis F scripsit O. Muellerus* (*)

COLAX (*) *Terentius Eunuchi prol. v. 25 veterem poetam malevolum haec exclamare dicit:* Colacem ésse Naeui et Plaúti, ueterem fábulam, Parasíti personam índe ablatam et mílitis I *Nonius p. 545, 16:* Batiola. Plautus Colace: 'Batiolam ... noluit' *De glossis quae huc possunt spectare cf. Loewius Prodr. p. 280* 53. habebam *Ritschelius Opusc. III p. 794, Quicheratus.* habebat *Nonii codices* (*)

II

Quí data fidé firmata fídentem feféllerint,
Súbdoli subséntatores, régi qui sunt próxumi, 55
Qui áliter regi díctis dicunt, áliter in animó habent.

III

Si mé tu hodie inuitáueris numquám quicquam * *

IV

Nexum

COMMORIENTES

⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ sáliam in puteum praécipes.

CONDALIVM

I

Tám crepusculó fere ut amant lámpades accéndite. 60

II *M. Caesar ad Frontonem II 10 (p. 33 ed. Nab.):* * * * adfinitate sociatum, neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant consilium uanum adque ad uoluptatem omnia. Item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait: 'Qui...habent' 54. (*) 55. proximi *cod.* 56. (*) III *Schol. Veron. in Verg. Aen. II 670 (p. 89, 28 Keil.):* ⟨Numquam omnes⟩ hodie. Sic... Plautus in Colace: 'Si...quicquam' 57. (*) IV. *Varro de l. l. VII 104 sq.:* Maccius in Casina...in Colace: 'Nexum * * *': *at cum aliud alius poetae inter haec duo testimonia intercedat fragmentum, dubium est utrum de Plauti an de Naevii Colace agatur*

COMMORIENTES (*) *Terentius Adelph. prol. v. 6:* Synápothnescontes Díphili comoédiast: Eam Cómmorientes Plaútus fecit fábulam. In Graéca adulescens ést, qui lenoni éripit Meretrícem in prima fábula: eum Plautús locum Relíquit integrum. *Adde Accii verba ad AGROECVM adlata* *Priscianus I (G. L. II) p. 280, 13:* A capite solum composita ablata s et mutata e in i et addita 'itis' faciunt genetiuum, ut 'anceps ancipitis', 'praeceps praecipitis', 'biceps bicipitis'. antiqui tamen 'ancipes' et 'praecipes' et 'bicipes' proferebant in nominatiuo, et sic secundum analogiam sequebatur genetiuus 'ancipes ancipitis', ut 'sospes sospitis'. Plautus in Commorientibus: 'Saliam...praecipes'

CONDALIVM (*) *Cf. Accii verba ad AGROECVM adlata* I *Varro de l. l. VII 77:* Apud Plautum in Parasito pigro...crepusculum dictum ab Sabinis, et id dubium tempus noctis an diei sit. itaque in Condalio est: 'Tam...accendite' 60. (*)

II

pro •

CORNICVLA

I

Quíd cessamus lúdos facére? círcus noster écce adest.

II

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ qui regí latrocinátu's
Annós decem Demétrio ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑

III

Púlcrum et luculéntum hoc nobis hódie euenit proélium. 65

IV

Mihí Lauerna in fúrtis celebrassít manus.

II *Festus p. 229, 11:* [Pro ponitur etiam pro am]plifi[cando ac palam faciendo * * *]...alias pro a[dmiratione ut pro Iuppiter..Accius] in Melani[ppo * * *] mani oinu[* * *] Plautus in Con[dalio * * * *Cf. Paulus p. 228, 16* 61. (*)

CORNICVLA (*) I *Varro de l. l. V 153:* Armilustrum ab ambitu lustri: locus idem Circus Mecinus dictus, quod circum spectaculis aedificatus, ubi ludi fiunt, et quod ibi circum metas fertur pompa et equi currunt. itaque dictum in Cornicula militis aduentu, quem circumeunt ludentes: 'Quid...adest' 62. (*) II *Varro de l. l. VII 52:* In Cornicula: 'Qui...Demetrio'. latrones dicti ab latere qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt et qui conducebantur; ea enim merces graece dicitur *λάτρον*. ab eo ueteres poetae nonnumquam milites appellant latrones quod item ut milites cum ferro aut quod latent ad insidias faciendas. *Cf. Paulus p. 118, 16, Isidori Orig. X 150, Servius ad Aen. XII 7, Goetzius 'Berl. phil. Wochenschr.' 1886 p. 782, Mentzius de Acl. Stil. p. 38* *Nonius p. 134, 28:* Latrocinari, militare mercede. Plautus Cornicularia: 'Latrocinatus annos decem * * *' [mercedem]. ⟨Cato⟩ in Tiberium (*ita L. Muellerus:* decem mercedem in Tiberio *codd.*): Qui aput regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti 63 *sq.* latrocinatu's *Ritschelius.* latrocinatus *codices* annos decem *Nonius.* decem annos *Varro* (*) III *Nonius p. 63, 11:* Luculentum, pulchrum et bonum et perspicuum: dictum a luce. Licinius Macer ... Plautus Cornicula: 'Pulchrum ... proelium' 65. Pulchrum *Nonius* . IV *Nonius p. 134, 34:* Lauerna dea (*ita Aldus:* Lauerna ea *codd.*) cui supplicant fures. Plautus Cornicularia: 'Mihi...manus' 66. Mihi Lauerna in *Scaliger.* militaueram nam *codices Nonii* celerassit *Nonii cod. Lugdun.* manus *Aldus.* manius *Nonii codices* (*)

V

Qui amánt ancillam meám Phidullium óculitus.

VI

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – em te óbsecro,
Lýde, pilleúm meum, mi sodális, mea salúbritas.

VII

Fáce olant aedes árabice. 70

DYSCOLVS

⏑ uirgo sum: nóndum didici núpta uerba dícere.

FAENERATRIX

I

Heus tu, ín barbaria quód dixisse dícitur

V *Nonius p. 147, 22:* Oculitus, ut animitus, medullitus. Plautus Cornicula: 'Amant...oculitus' 67. Corni qui amant *codices, ubi* Cornicula: Amant *Ritschelius* Phidyllium *Winterus.* fedulium *codices* (*) VI *Nonius p. 220, 11:* Pilleus generis masculini. Plautus . . . neutri Plautus Cornicula: 'Em . . . salubritas' 68 *sq.* Cornicula: en *Ritschelius l. s. s.* (*ubi* em *reposui*). cornicem *codices Nonii praeter* L^1, *qui* cornicen *habet* lide *H.* nide *G* (*)

VII *Diomedes p. 383, 15:* Oleo oles, apud ueteres olant. Plautus in Cornicula: 'Facere...arabice' *Cf. Paulus p. 28, 10:* Arabice olet, id est ex odoribus Arabicis: *quam glossam huc spectare coniecit magis quam demonstravit Reitzensteinius 'Verr. Forsch.' p. 64 post Keilium* 70. Faće *scripsi.* Facere *codices* aedes arabicae *AB* (*)

DYSCOLVS (*) *Festus p. 170, 21:* Nupta uerba dicebantur ab antiquis, quae uirginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo: 'Virgo...dicere' *Idem Paulus nisi quod is* ut *omittit* 71. (*)

FAENERATRIX (*) *Varro de l. l. VII 96:* In pluribus uerbis a ante e alii ponunt, alii non, ut quod partim dicunt ⟨scaeptrum, partim⟩ sceptrum, alii Plauti Faeneratricem, alii Feneratricem: sic *e. q. s.* (*) I *Festus p. 372, 22:* Vapula Papiria in prouerbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert: tum dici solitum esse, cum uellent minantibus sibi significare se eos neglegere et non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice: 'Heus . . . Papiria'. in barbaria est in Italia. Aelius hoc loco uapula positum esse ait pro dole, Varro pro peri

Libértus suae patrónae, id ego dicó tibi:
'Libértas salue: uápula Papíria.'

II

Quaé ego populabó probe. 75

FRETVM

Nunc íllud est quod 'résponsum Arretíni' ludis dícitur:
Períbo, si non fécero: si fáxo, uapulábo.

FRIVOLARIA

I

Commodo dictitemus

II

Is míhi erat bilis, aqua íntercus, querquéra tussis ⏑ ⏑ ⏓ –

---

73. id ego *Scaliger*. id eo *apographa* tibi *add. Scaliger: lacunam habent apographa* (*) 74. libertas *O. Muellerus*. liberta *apographa* (*)
II *Diomedes p. 401, 3:* Populo ait Plautus in Feneratrice: 'Quae ...probe' 75. probe *Scioppius et Putschius*. proue *codices*
FRETVM (*) *Gellius N. A. III 3, 7:* Nos quoque ipsi nuperrime, cum legeremus Fretum — nomen est id comoediae, quam Plauti esse quidam non putant — haut quicquam dubitauimus, quin ea Plauti foret et omnium quidem maxime genuina. ex qua duo hos uersus exscripsimus, ut historiam quaereremus oraculi Arretini (arietini *codices recentiores*): 'Nunc...uapulabo' 76 *sq.* Arretini *in re obscura non mutavi* ludis *scripsi, quamvis de versu dubitem.* ludis magis *codices plerique.* magnis ludis *codices recentiores* (*)
FRIVOLARIA (*) I *Charisius p. 193, 14:* Par est ut in multis generibus istius modi dictionis, commodo commodeque, ut Plautus in Friuolaria: Commodo dictitemus'. non quia negem †ultra Sassinum inter quaestion. os Teatinis et Marucinis esse moris e litteram relegare, o uidelicet pro eadem littera claudentibus dictionem
Cf. idem p. 196, 9: Similiter et commodo dixerunt, ut Plautus in Friuolaria II *Paulus p. 256, 11:* Querqueram frigidam cum tremore a Graeco κάρκαρα certum est dici, unde et carcer. Lucilius 'Iactans me ut febris querquera' et alibi 'Querquera consequitur capitisque dolores'. item Plautus: 'Is mihi erat bilis querqueratus' *Cf. glossa C. G. L. IV p. 158, 10* (*Loewius Prodr. p. 327*): Querquera est febris acris ac uehemens quae cum magno frigore solet uenire. *Festi ipsius lacera fragmenta sic suppleo aliorum ex parte usus supplementis:*

III

Séquimini me hac súltis, omnes légiones Lauérnulae. 80

IV

Vbi rorarii éstis? — Adsunt. — Vbi sunt accensi? — Écce _

V

Ágite nunc, subsídite omnes, quási solent triárii.

VI

Naue ágere oportet quód agas, non ductárier.

VII

Superáboque omnis árgutando praéficas.

Querqu[eram febrem grauem et mag]nam quidam ⟨a⟩ querc[u putant dici, quod id genus] arboris, cum gra[ue sit ac durum, tum etiam in] ingentem euada[t amplitudinem. Aurelius autem] Opilius frigidam a[it dictam et acrem ac uehemen]tem. Santra eam ex G[raeco ducit, qui tremo]rem eius modi κά[ρκαρον dicunt, unde dictum esse] etiam carcerem. Plau[tus in Friuolaria: Is mihi] erat bilis querque[ra tussis. item Lucilius:] Iactans me ut feb[ris querquera * * *]r et alibi: Querque[ra consequitur capitisque dolores] *Priscianus I (G. L. II) p. 271, 1:* Praeterea inuenitur apud uetustissimos 'intercus intercutis' et proprie 'intercus aqua' dicitur, quam Graeci ὕδρωπα nominant. Plautus in Friuolaria (fribolaria *vel* fribularia *codd.*): 'Is . . . intercus, tussis, febris' 79. eras *codd. Prisc. RBADK* aqua intercus *om. Festus* querquera tussis *Festus ut vid.* tussis febris *Priscianus* (*) III *Festus p. 301, 22:* Sultis, si uoltis. Plautus in Friuolaria: 'Sequimini . . . Lauernae': *unde Paulus p. 300, 7:* Sultis, si uultis. Plautus: 'Sequimini me hac sultis' 80. hac *Paulus.* hanc *Festi codex* sultis *Paulus.* stultis *Festi codex* omnes legiones *Bothius.* legiones omnes *Festus* Lauernulae *scripsi.* lauerne *Festus* (*) IV *Varro de l. l. VII 58:* In Friuolaria: 'Vbi...ecce'. rorarii dicti ab rore qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat quam pluit. Accensos ministratores Cato esse scribit *e. q. s.*: *cf. Paulus p. 14, 13* 81. rorani *cod.*: *corr. Rholandellus* Adsunt *Grothius.* an sunt *F:* en *m. 2 adscr.* (*) V *Varro de l. l. V 89:* Pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremi[s] subsidio deponebantur; quod hi subsidebant, ab eo subsidium dictum, a quo Plautus: 'Agite . . .triarii' *Festus p. 306, 4:* Subsidium dice***ntis subside***entique acie***genus militum *** emeruerant *** amen retine *** quae erat ter***m ut Plautus***: '⟨A⟩gite nunc subi(?)***t triario' 82. subsidete *F: corr. Lactus. de Festo non constat* triarii *Varro.* triario *Festi codex* VI *Festus p. 166, 32:* Nauus, celer ac strenuus, a nauium uelocitate uidetur dictus . . . .Plautus in Friuolaria: 'Naue . . . ductarier' *Cf. Paulus:* Nauus celer ac strenuus, a nauium uelocitate dictus 83. (*) VII *Nonius p. 66, 27:* Praeficae dicebantur aput ueteres quae adhiberi sole⟨re⟩nt funeri, mercede conductae, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus in Friuolaria: 'Superaboque...praeficas'

VIII

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ túnc papillae prímulum 85
Sorórìabant — íllud uolui dícere:
Fratérculabant. quíd opus est uerbís? ⏑ –

IX

* * * agnina tene * * * strebulis

X

⏑ ⏓ o amice ex múltis mi une Céphalio.

FVGITIVI

A. Áge ergo, specta, uíde uiuices quántas. B. Iam inspexí: quid est? 90

HORTVLVS

Praéco ibi adsit: cúm corona, quíque liceat, uéneat.

VIII *Festus p. 297, 31:* Sororiare (Sororię *cod.*) mammae dicuntur puellarum, cum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Fribolaria: '*** papillae pri *** uolui dicere *** opus est uerb ***' *Cf. Paulus ex edit. Thewrewkii p. 296:* Sororiare mammae dicuntur puellarum, cum primum tumescunt, ut ⟨fraterculare⟩ puerorum. Plautus: 'Tunc papillae primu⟨lu⟩m sororiabant: illud uolui dicere: fraterculabant' 85 *sqq.* primulum *et* quid *Vrsinus supplevit* (*) IX *Festus p. 313, 34:* Strebula Vmbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum quas G[raeci *μηρία* dicunt, quae] in altaria in[poni solebant, ut Plau]tus ait in Fri[uolaria: '***] agnina tene *** bulis' *Cf. Paulus p. 312, 5* 88. strebulis *Vrsinus* (*) X *Priscianus I (G. L. II) p. 188, 21:* Vnus quia de uocatiuo dubitant, Caper, doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit hoc usum Catullum et Plautum. Catullus . . . Plautus in Friuolaria (fribularia *vel* fribollaria *codices*): 'O amice...Cephalio' *Cf. ars anon. Bern. p. 90, 13 ed. Hag.:* Vnus unius uni unum une ab uno. Plautus: 'O amice...Caephalio' 89. mi *Bothius.* mihi *codices* (*)

FVGITIVI (*) *Varro d. l. l. VII 63:* In Fugitiuis: 'Agerge... quod esset' 90. Age ergo, specta *L. Spengelius.* Agerge specta *codex* quid *vulgo.* qd *codex* est *Scaliger.* esset *codex* *Personis distribuit Winterus* (*)

HORTVLVS *Festus p. 306, 4:* Sub corona uenire dicuntur, quia captiui coronati solent uenire, ut ait Cato in eo qui est de re militari: 'Vt populus suus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat quam re male gesta coronatus ueniat'. id autem signum est nihil praestari a populo, quod etiam Plautus significat in Hortulo: 'Praeco...ueniat' 91. quique *Scaliger.* cuique *codex* ueneat *Vrsinus.* uentat *codex* (*)

LENONES GEMINI

Dolet huíc puello sése uenum dúcier.

LIPARGVS

Níl moror mihi fúcum in alueo ápibus qui peredít cibum.

NERVOLARIA

I

Scobína ego illunc áctutum adrasí senem.

II

Prohibéntque moenia ália, unde ego fungár mea. 95

III

Ocíssume nos líberi possímus fieri * *

LENONES GEMINI (*) *Cf. quae ad AGROECVM adnotavi* *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 231, 21 de* puer, puera, puellus *disserens:* Plautus in Lenonibus geminis: 'Dolet...ducier' *Festus p. 249,15:* Puelli per deminutionem a pueris dicti sunt. itaque et Ennius ait...et Lucilius... et Plautus: 'holim...ducier' *Cf. Paulus p. 248, 3* *A Prisciano pendet Osbernus p. 407* 92. Dolet *Priscianus.* holim *Festi codex* huic puello *Festus.* hic puellus *Priscianus* (*)

LIPARGVS (*) *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 522, 8:* In 'do' unum anomalum inuenitur 'edo es est' uetustissimi tamen etiam 'edo edis edit' dicebant correpta prima syllaba...Plautus in Lipargo: 'Nihil...cibum'. corripitur enim paenultima 93. Nihil *codices* alueo *Pareus, Ritschelius.* aluo *vel* albo *codices* perdit *libri pauci*

NERVOLARIA (*) I *Varro de l. l. VII 68:* In Neruolaria (*ita Ald.:* in eruolaria *F*): 'Scobinam...senem' scobinam a scobe *e.q.s.* 94. scobina *Scioppius:* scobinam *F* illunc *A. Spengelius.* illum *F* adrasi senem *A. Spengelius duce Lachmanno in Lucr. III 790.* adrasi enim *F* (*) II *Festus p. 145,27:* Moenia, muri...significat etiam officia. Plautus in Neruolaria: 'Prohibentque...mea'. *Paulus p. 144,8:* Moenia et muri et officia. Plautus: 'Prohibentque...mea' 95. fungar mea *codd. Pauli.* funger in ea *apographa Festi* (*) III *Festus p. 181, 27:* Ocius secundae collationis et deinde tertiae ocissime frequentata sunt . . . tertiae uero collationis [consolationis *cod.*], cuius rariora [maiora *cod.*] exempla sunt, auctor est Plautus in Neruol[aria]: 'Ocissima...fier⟨i⟩': *ubi tamen incertum utrum quae sequebantur omnia ad novum testimonium spectent an ad Nervolariae fragmenti finem et simul ad novum testimonium* (Ocius et ocissime positiuum latinum

IV

Prodúcte prodigum ésse amatorem áddecet.

V

Vinum sublestissumum.

VI

Insánum ualde utérque deamat ⏑ ⏑ –

VII

Scrattaé scrupipedae stríttiuillae sórdidae. 100

---

non habent, sed ab eo ueniunt quod est in Graeco ὠκέως *Paulus*) 96. ocissime *codex* fieri *iam Vrsinus* (*) IV *Festus p. 229, 19:* Prodegeris, consumpseris, perdideris, ut Caecilius...et Plautus in Neruolaria: 'Producte...addecet' (*unde* Prodigere est consumere, unde et prodigus fit *Paulus*) 97. producte prodigum *Vrsinus, prob. Seyffertus Stud. Pl. p. 23.* productae prodigium *codex* esse amatorem *Bothius.* esse m. amatorem *codex* (*) V *Festus p. 294, 33:* [Sublesta antiqui] dicebant infir[ma et tenuia]. Plautus in Persa . . . idem (idest *cod.*) in Neruolaria uinum ait sublestissimum, quia infirmos faciat uel corpore uel animo (*idem Paulus omisso fabulae nomine*) 98. (*) VI *Nonius p. 127, 27:* Insanum pro insane, ut inmane pro inmaniter. Plautus Neruolaria (*ubi* Plautus neruo *codices,* Neruolaria *Lipsius*): 'Insanum...deamat' 99. (*) VII *Gellius N. A. III 3, 6:* Fauorinus quoque noster, cum Neruulariam Plauti legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia uersum hunc: 'Scrattae...sordidae', delectatus faceta uerborum antiquitate, meretricum uitia atque deformitates significantium: 'uel unus hercle', inquit, 'hic uersus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse' *Nonius p. 169, 9:* Scraptas, scrupipedas, strettiuellas, *ita O. et L. Muellerus.* scrupedas strictiuellas *codd.*) exprobratio uitii aut deformitatis meretricum. Plautus Aulularia (*ubi* Neruolaria *Bentinus*): 'Scrattae...sordidae' *Varro de l. l. VII 65:* ibidem (*post Cistellariae v. 405. 407*) 'Scraties...tantulae'. ab exscreando scratiae siccas significat. scrupipedam Aurelius scribit a scauripeda, Iuuentius comicus dicebat a uermiculo piloso qui solet esse in fronde cum multis pedibus, Valerius a pede ac scrupea. ex eo Acci positum curiosa...strittabillae a strettillando; strittare ab eo qui sistit aegre 100. scrattae] scratte *Gellii PR.* escrate *vel* escrapte *codd. Nonii.* scraties *Varronis cod. F. cf. glossam libri glossarum a Loewio Prodr. p. 281 commemoratam* (*C. G. L. V p. 243, 24*): Scrattae, despectae enugatoriae *et procul dubio e Festo p. 333 ductam* (Scraptae dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres ut ait unus, *ubi* Verrius *Muellerus*) scrupipedae *O. Muellerus ad Varr.* scruppidam *Varronis cod. F infra:* ruppę ides *idem.* crupede *codd. Nonii.* scrupede *codices meliores Gellii* strittiuille *Gellii codices meliores.* strictibile *codd. Nonii.* rittabillae *Varronis cod. F.* strittabillas *idem infra* sordidae *vel* sordide *libri Gellii et Nonii.* tantulae *Varronis cod. F* (*)

PAGON

Honos sýncerasto périit, pernis, glándio.

PARASITVS MEDICVS

I

In cónspicillo ádseruabam pállium [obseruabam]

II

⏑ ⏓ cum uírgis cáseum radí potest.

III

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ áddite
Lopadás, ecinos, óstreas ⏑ ⏓ ⏑ – 105

IV

Domí reliquit éxoletam uírginem.

PARASITVS PIGER

I

Inde híc bene potus prímulo crepúsculo

PAGON (*) *Varro de l. l. VII 61:* In Pagone: 'Honos ... glandio'. syncerastum est omne edulium (ita *Scioppius.* medullium *F*) antiquo uocabulo graeco 101. sincerasto *F* periit *L. Spengelius.* perit *F* glandio *Pius.* gladios *corr. ex* gradios *F* (*)

PARASITVS MEDICVS (*) I *Nonius p. 84, 6:* Conspicillum (*ita Mercerus:* Conspicilium *codd.*), unde conspicere possis. Plautus Medico: 'In conspicillo ... obseruabam' *Cf. Placidus p. 28, 1* (*C. G. L. V p. 15, 10 = p. 58, 13*) Conspicillo, ita ut conspici possint, quod aiunt longis lineis. 102. conspicilio *vel* conspicuo *codd. Nonii* obseruabam *del. L. Muellerus* (*) II *Nonius p. 200, 7:* Caseus generis masculini ..neutri..Plautus Medico Parasito: 'Cum...potest' 103. (*) III *Nonius p. 551, 4:* Lopades genus concae marinae. Plautus Parasito (paracito *codd.*) Medico: 'Addite...ostreas' 105. lopades L^2H *Bamb.* *Numeros constituit Ritschelius Parerg. p. 132* (*) IV *Priscianus I (G.L.II) p. 489, 16:* Exoleo quoque exoleui, unde exoletus exoleta exoletum. Plautus in Medico: 'Domi...uirginem': *a quo pendet Osbernus p. 392* 106. reliquit *Buechelerus.* reliqui *codices* uirginem exoletam *Osbernus* (*)

PARASITVS PIGER (*) I *Varro de l. l. VII 77:* Apud Plautum in Parasito Pigro: 'Inde...crepusculo'. Crepusculum ab Sabinis, et id dubium tempus noctis an diei sit 107. bene potus *Pius.* de nepotus *F* primulo *Scaliger.* primo *F* (*)

II

Domum íre coepi trámite dextrá uia.

III

Ámbo magna laúde lauti, póstremo ambo súmus non nauci.

PLOCINVM

Nám colorátilem fróntem habet, petilúst, habrus. 110

SATVRIO

I

Catulinam carnem esitauisse, hoc est comedisse, Romanos Plautus in Saturione refert.

II

Retrahí nequitur quóquo progressást semel.

III

A. Mále tibi euenísse uideo. B. Gláber erat tamquám rien.

II *Varro de l. l. VII 62:* In Parasito pigro: 'Domum ... uia'. trames a transuerso dictus 108. cepi *F* (*) III *Festus p. 166, 6:* Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis, Cincius quod in oleae .. nucisque intus sit, Aelius Stilo omnium rerum putamen, glosematorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo, quidam ex Graeco, quod sit *ναὶ καὶ οὐχί*, leuem hominem significari, quidam nucis iuglandis quam Verrius iugulandam uocat medium uelut dissepimentum. Plautus in Parasito pigro: 'Ambo...nauci' *Cf. Paulus p. 167, 5* 109. (*)

PLOCINVM (*) *Nonius p. 149, 5:* Petilum, tenue et exile. Lucilius...Plautus Plocino: 'Nam...habrus' *ubi* plautus plocinonam *libri* *Cf. Nonius p. 204, 26:* Frontem feminino genere Vergilius... masculino...Plautus: 'Nam coloratilem...petulis' [petilis tenuis dicit: habris mollis dici] 110. nam coloratilem *Nonius p. 204.* nam coloratum *idem p. 149* petilust *Ritschelius Parerg. p. 172 duce Scaligero* (petilus). petilis *Nonius p. 149.* petulis *idem p. 204* habrus *Scaliger.* habis *Nonius p. 149* (*sed* habris *mox*): *om. p. 204* (*)

SATVRIO (*) *Cf. quae ad ADDICTVM attuli* I *Paulus p. 45, 3* *Huc refert Daccerius Plin. XXIX 14:* (catulos) aditialibus quidem epulis celebres fuisse Plauti fabulae indicio sunt 111. (*) II *Festus p. 162, 27:* Nequitum et nequitur pro non posse dicebant, ut . . . Plautus in Satyrione: 'Retrahi . . . semel' *Cf. Paulus p. 163, 19* 112. est *cod. Festi* (*) III *Festus p. 277, 13:* Rienes quos nunc uocamus antiqui nefrundines appellabant, quia Graeci *νεφροὺς* eos uocant. Plautus in Satyrione: 'Male...rien' *Paulus p. 276, 3:* Rienes antiqui uocabant nefrundines, quia Graeci eos *νεφροὺς* dicunt. Plautus: 'Glaber...rien' *Cf. Hageni Anecd. Helv. p. CLXXV:* Rien testiculus, unde Plautus: 'Glaber...rien' 113. *Personas distribuit Bothius* (*)

IV

Súbcenturiatúm require, quí te delectét domi.

SCHEMATICVS

Nám pater tuos númquam cum illa étiam limauít caput. 115

SITELLITERGVS

I

Múlieres uxór clamabit: égo noui, scio áxitiosa
Quám sit * *

II

⏑ ⏑ ut ea mi ínsignitos púeros pariat póstea
Aút uarum aut ualgum aút compernem aut paétum aut brocchum fílium.

TRIGEMINI

Nísi fugissem in médium, credo, praémorsisset ⏑ ⏑ – 120

IV *Festus p. 306, 25:* Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere. Plautus in Saturione: 'Subcenturia...domi' *Paulus p. 307, 11:* Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere. Caecilius *e. q. s.* 114. Subcenturiatum require *Dziatzko Mus. Rhen. vol. XLV p. 639.* subcenturia centum require *codex Festi* (*)

SCHEMATICVS (*) *Nonius p. 334, 2:* Limare etiam dicitur coniungere. Plautus ... idem Schematico: 'Nam...caput': *ubi* idem Schematico *dubitanter retinui:* idem scematico *libri* (idem Medico *h. e.* Medico Pigro *L. Muellerus.* idem σχηματικῶς *Lipsius Epistol. Quaest. I 18.* σχηματικῶς idem *Ritschelius Parerg. p. 169) cf. quae adnotavit L. Muellerus)* 115. tuus *vel* tus *codd.* etiam *om. A* limauit *Lipsius.* limabit *libri* (*)

SITELLITERGVS (*) *Varro de l. l. VII 66:* In Astraba... ideo in Sitellitergo (sitelli tergo *F*) idem ait: 'Mulieres...ac sitio aquam sic Claudius scribit *e. q. s.* *Cf. v. 11* 116. 117. uxor clamabit *temptavi coll. Asin. 391.* uxorculauit *F* axitiosa Quam sit *Schoellius.* ac sitio aquam sic *F* (*) II *Festus p. 375, 15:* Valgos Opilius Aurelius aliique complures aiunt dici qui diuersas suras habeant. Plautus . . . in Si⟨tel⟩tergo: 'Vt . . . filium' *Cf. Paulus p. 374, 5:* Valgos Aurelius intelligi uult qui diuersas suras habent, sicut e contrario uari dicuntur incurua crura habentes 118. ut ea *scripsi,* fit ea *apographa* mihi *Festus* (*) 119. brocchum *editores.* bocchum *apographa* (*)

TRIGEMINI *Gellius N. A. VI 9, 7:* Sed idem Plautus in Trigeminis neque 'praememordisse' dicit, sed 'praemorsisse': 'Nisi fugissem...praemorsisset' 120. fugissem in medium, *Winterus p. 3.* fugissem inquit medium *codices* (*)

2 FRAGMENTA FABVLARVM INCERTARVM

I

Epeúm fumificum, quí legioni nóstrae habet coctúm cibum

II

ᴗ quód uolt densum, cíccum non intérduo.

III

Gannít odiosus ómni totae fámiliae.

IV

Addues

V

Aristophorum

VI

Adfabrum

VII

Alimodi

VIII

Aeneolo

IX

Ad exitam aetatem

X

Anginam uinariam habere dicuntur qui uino suffocantur. 10

I *Varro de l. l. VII 38:* Plautus: 'Epeum...cibum'. Epeum fumificum cocum ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum et Argiuis cibum curasse 1. (*) II *Varro de l. l. VII 91* Ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen: a quo etiam Plautus dicit: 'Quod...interduo' 2. (* III *Varro de l. l. VII 103:* Multa ab animalium uocibus tralata i homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. perspicua, ut... Plauti: 'Gannit...familiae' 3. (*)

Glossas IV—X huc pertinere coniecit Reitzensteinius 'Verr. Forsch. p. 61, 64 sqq., probabiliter IV *Paulus p. 27, 14:* Addues, addideris 4. (*) V *Paulus p. 27, 15:* Aristophorum uas in quo prandium fe tur, ut discus 5. (*) VI *Paulus p. 28, 1:* Adfabrum fabre factu 6. (*) VII *Paulus p. 28, 2:* Alimodi pro alius modi VIII *Paulus p. 28, 3 sq.:* Aeneolo quod ex aere fit dicimus: aenulu uas ex aere paruum IX *Paulus p. 28, 5:* Ad exitam aetatem, a ultimam aetatem. *Cf. Placidus p. 40, 23* (*C. G. L. V p. 21, 2 = p. 67, 8*) Exitam finitam exactam 9. (*) X *Paulus p. 28, 7* 10. (*)

XI

Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas uiatores gerebant.

XII

Bitienses dicuntur qui peregrinantur assidue.

XIII

Blandicella uerba blanda per deminutionem sunt dicta.

XIV

Bellitudinem sicut magnitudinem Verrius dixit.

XV

Binominis, cui geminum est nomen, ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius. 15

XVI

Bellule apud Plautum deminutiuum aduerbium est a bene, quod facit belle et bellule.

XVII

Licet uós abire cúrriculo.

XVIII

Iam tíbi tuis meritis crássus corius rédditust.

XIX

Dí bene uortant: téne cruminam, íneruṇt trigintá minae.

XX

Custoditio est opera ad custodiendum quid sumpta. 20

XI *Paulus p. 24, 1* *XII—XV ad Plautum pertinere probabiliter coniecit Reitzensteinius l. s. s. p. 66* XII *Paulus p. 35, 7* XIII *Paulus p. 35, 9: cf. C. G. L. V p. 520, 25. 562, 59* XIV *Paulus p. 35, 11* XV *Paulus p. 36, 1* 15. (*) XVI *Paulus p. 36, 4* 16. (*) XVII *Paulus p. 49, 6* (*Osbernus p. 92*): Curriculo pro cursim ponebant. Plautus: 'Licet' inquit, 'uos abire curriculo' *Cf. Placidus p. 28, 21* (*C. G. L. V p. 15, 27 = p. 60, 14*) XVIII *Paulus p. 60, 7*: Corius apud antiquos masculino genere dicebatur. Plautus: 'Iam...redditus est' *e. q. s.* *Cf. Nonius p. 199, 13* 18. redditust *Bothius, O. Muellerus* XIX *Paulus p. 60, 10:* Crumina sacculi genus. Plautus: 'Di ... minae' 19. (*) uertant *codd.* XX *Paulus p. 61, 15*

XXIV

Númnam mihi oculí caecultant? éstne hic n

XXV

Eiurauit militiam.

XXVI

Sic mé subes cott

Quási fiber salicém.

XXVII

Herbam do.

XXVIII

Init te umquám febris?

XXI *Paulus p. 61, 16:* Citior comparatiuum 'Nullam...reor' XXII *Paulus p. 62, 1:* Canitu Plautus: 'Stultus ... canitudinem': *cf. Osbernu* uersum *libri* (*)

96. *Longiorem v. iambicum constitui, ubi* Nos líberi possímus fieri ocíssume *Buechelerus* 97. Pollucte prodigum *Scaliger, Bothius* me amatorem *Vrsinus* 98. uinum sublestíssumum Infírmos quia uel córpore uel animó facit *abusus Festi verbis Bothius* 99. ualde *om. Lipsius: at cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 21 sq.* 100. *Nervolariae potius ex Gellio (Varr. de com. Pl.?) et Ritschelio Parerg. p. 174 sqq. et Schoellio ad Cist. v. 405 sqq. quam Cistellariae tribui secundum librorum de l. l. locum fortasse lacunosum: aliter Studemundus Stud. vol. II p. 433* Scraptae *praefert L. Muellerus, quod allitteratio magis commendet, a* 'scabrendi' *voce ducens.* Scratiae *edidit A. Spengelius duce L. Spengelio: cf. Ritschelius Parerg. p. 177, Ribbeckius Com.*[2] *coroll. p. LVII, Titin. v. 75, Loewius Prodr. p. 281* scrupedae *Scioppius.* scruppidae *L. Spengelius: cf. Ritschelius l. s. s.* scrabipedae *Loewius Prodr. p. 281 usus glossa hac:* Scrapedus scabiosus *(C. G. L. V p. 631, 31), vix recte: scr.* Scabridus scabiosus strittabillae *ed. O. Muellerus.* strettiuellae *L. Muellerus* tantulae *apud Varronem recepit ex codice O. Muellerus.* edentulae *Loewius cum Bothio. cf. Winterus in apparatu crit. Reliqui duo versus quos ex Nervolaria adfert Festus eumque secutus Winterus, Stichi sunt (v. 91, 352): cf. Epileg. p. 191*

PAGON De titulo multi dubitaverunt: Phagon *Pius.* Paplago *Hertzius Opusc. Gell. p. 66.* Phao *Ladewigius Anal. scen. p. 13.* Harpagus *Loewius Prodr. p. 292* (in arpago: metuo ne honos . . . pereat *e. q. s.*). *Cf. Ritschelius Parerg. p. 151, Opusc. II p. 731, Ribbeckius Com.*[2] *coroll. p. CIII* 101. Homo *L. Spengelius* ⏑ ⏑ – honos sýncerasto périit, pernis, glándio *Bothius*

PARASITVS MEDICVS De titulo cf. Ritschelius Parerg. p. 132, de parasiti persona cf. Ribbeckius 'Kolax' p. 28 102. Ádseruabam cónspicillo, pállium obseruábam ⏑ – *aut* Adseruabam cónspicillod, óbseruabam pállium *Loewius Prodr. p. 280* conspicillod *cum Pareo.* In cónspicillo ego óbseruabam pállium *L. Muellerus in adn.* In cónspicillo aderam óbseruabam pállium *Buechelerus apud Winterum. Ceterum* adseruabam *omitti volebant Bentinus, Mercerus.* Hinc in conspicíllo obseruabam ádseruabam pállium *Onionsius 'Journal of Phil.' vol. XVI p. 173 An* In cónspicillo adséderam atque pállium obseruábam? 103. parasito *non recte editores ad fragmentum rettulisse*

monuit Ritschelius l. s. s. rodi *L. Muellerus dubitanter* 104. 105. *Cf. Rud. v. 297* *Ceterum haec verba non esse Parasiti Pigri docuit Ritschelius l. s. s.: idem numeros melius quam antea constituit* 106. reliqueram *Bothius.* reliqui ego *Hertzius.* liqui *Schoellius trochaeos discribens*

PARASITVS PIGER *De titulo cf. Ritschelius Parerg. p. 132* 107. Inde bene appotus *Scaliger, Bothius* primulo] *cf. Ritschelius Opusc. II p. 276 adn.*

108. coepit *Bothius, L. Spengelius* tramitis recta uia *vel* tramited extra uiam *Bothius.* tramite a dextra uia *Buechelerus* *Ceterum v. 107 et 108 coniungit Scaliger* 109. Ambo magna laúde lauti nós, postremo ambó sumus Nón nauci *L. Muellerus Philol. vol. XXXVII p. 359*

PLOCINVM *vix sanum:* Ploxinum *Ritschelius in schedis: at cf. Quintil. I 5, 8.* Plocium *Plautinam fabulam fuisse, quam retractaverit Caecilius, vel errorem Nonii subesse multi crediderunt, in his L. Muellerus: quod probabilius sit quam quod Ritschelius proposuit Parerg. p. 171, ex anonyma fabula fragmentum, cuius initium in corruptis* plocino nam *lateret, esse petitum.* nam *Nonius utroque loco habet, quod quidem non est cur spernamus.* Pol timeo *vel* Pol cinnamo *Ritschelius l. s. s.* Plocamois ornatum *auctore Buechelero Winterus coll. Lucian. Alexand. c. 11:* προεισπέμπεται δὲ Ἀλέξανδρος κομῶν ἤδη καὶ πλοκαμοὺς καθειμένος...οὕτως ἄρα ὁ Ποδαλείριος μάχλος καὶ γυναικομανὴς τὴν φύσιν *Formam quae est* coloratilis *expellere non audeo metro creticotrochaico admisso* Namque coloratum *Bothius, L. Muellerus Luc. p. 244: at cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 20* coloratum ille *Ritschelius l. s. s.* corollatum ille *Ribbeckius Coroll. fr. com.*[2] *p. XXXI* petilis labris *Iunius.* petilis habris *servat Winterus ad* Plocamois *relata* *Ceterum nescio an recte* petulust *scribatur, a* petendo *scilicet, ut diversum sit ab eo vocabulo quod habent Fest. p. 205, Isid. Orig. XII 1, 52* (Petilam suram). *Ceterum* petili *Geppertus Truculenti v. 609 intulit*

SATVRIO nomen parasiti in Persa est *Non recte Bothius huc rettulit Fulgentii Mythol. locum (p. 616 ed. Stav.), qui ad* Sauream *Asinariae spectat* 112. *Cf. Ritschelius Op. IV p. 278* 113. qui glaber *editores ante Bothium.* quin glaber *Bothius* 114. Succenturia aliquem qui te *Winterus.* Succénturia actutúm require quí te *Seyffertus* delectent *vulgo: cf. quae adnotavit Winterus*

SCEMATICVS *vix sanum:* Scenaticus *Schoellius* 115. illac *Bothius*

SITELLITERGVS *Ita O. Muellerus: cf.* Πινακοσπόγγιον, *quo nomine apud Alciphr. III 63 parasitus appellatur* (Πινακοσπόγγιον *nominativum Meinekius p. 164 probat*). *Cf.* Peniculus. Synteleturgus *Popma.* Scytha liturgus *Scaliger.* '*Ad litteras traditas propius accederet* Melitturgus' *Winterus* 116. Múlieres uxórcula ad se accíuit: ego nouí, scio Axitiosa *e. q. s. Schoellius, quo duce v. dubitanter refinxi* (calauit *dubitanter Winterus*). Mulier es, uxor. cuiam te *Turnebus.* Mulier es, uxor. Cuia, uir? *Scaliger et, nisi quod* uis? *scripsit, O. Muellerus.* Mulier es, uxor, celabis, te ego noui (*vel* noui ego te): scio axitiosam *Ritschelius Op. II p. 730.* Mulieres uxor oculauit, ego noui, scio actiosam *L. Spengelius.* Mulier es, uxorcula: ‖ Vt ego noui scio axitiosam *ed. A.*

Spengelius. Mulier es, uxorcula, abi, te ego noui *e.q.s. Bothius.* Mulieres exosculauit *e. q. s. Loewius Prodr. p. 280 adn. 1.* Mulier aes exarculauit *e. q. s. Marxius Mus. Rhen. vol. XLI p. 551* axitiosam *iam Aldina* 118. Sin ea *A. Augustinus.* Sic ea *Bothius* (eā = notā *Winterus*) Sín ea mi insignítos pueros fórte pariat *Ritschelius Op. II p. 730* *De glossis ad* brocchum *vocem pertinentibus cf. Loewius Prodr. p. 328. 391, Gl. Nom. p. 144, de ipso v. cf. ad Mil. gl. 722*

TRIGEMINI 120. medium praemorsisset *iungunt editores ante Winterum*

III INCERTARVM FABVLARVM FRAGMENTA

1. fumificum Epeum *Bothius: cf. Lachmannus in Lucret. III v. 374.* Cocum fumificum *L. Spengelius refutante Andrea Spengelio, qui simul tetrametrum ut Winterus discripsit, cum senarios discripsissent priores* *De sententia cf. Merc. 398* 2. *Fragmentis adiecit O. Muellerus: cf. Rud. 580* densum *suspectum est.* det pensum *Winterus.* derisum *Schoellius.* quod non uolt *A. Spengelius.* elenchum *O. Muellerus probante Loewio Prodr. p. 274* ciccum] *cf. glossas a Loewio l. s. s. congestas ad Festi verba a Paulo excerpta p. 42 revocandas: fortasse idem Plauti locus apud Festum exstitit* 3. ogganuit *Scaliger, unde Bothius* Obganhuit odiosus totae familiae 4. *Plautina origo non satis certa* 5. Aristophorum uas *L. Muellerus ad Lucil. III 58 refert: quem refutavit Reitzensteinius 'Verr. Forsch.' p. 61.* 6. *Cf. Reitzensteinius l. s. s. p. 65* 9. *Cf. Reitzensteinius l. s. s. p. 65* 10. *Cf. Reitzensteinius l. s. s. p. 65*

12. *Cf. Reitzensteinius l. s. s. p. 66* 15. Binomius *vulgo ante Scaligerum edebatur* 16. *Poen. v. 347 confert Pareus* 18. *Trochaei minus probabiles* 19. in ea erunt *Scaliger.* ni inerint *Buechelerus*

22. stultus es *proponit Winterus coll. Epid. v. 106* 23. Nunc cónruspare *vel* Cito *vel* Quin *Winterus* 27. quasi salicem fiber *Bothius.* quasí fiber salicem mordens *Winterus in adn.* 28. *Cf. Placidus p. 52, 9 (= C. G. L. V p. 25, 28 = 73, 20 = 108, 42), Servius ad Aen. VIII 128, Plinius XXII 8, Nonius p. 317, 14; Otto 'Sprichw.' p. 161* 29. init te nunquam *quasi ex Pauli codicibus attulerat Muellerus.* init ted umquam febris *Thewrewkius de Ponor 'Festus-Stud.' p. 13.* iniit te umquam *Bothius*

31. *De lege Cincia anno 550 lata cf. Brunsius 'Fontes iur. Rom.⁶' p. 47* 32. probas *Scaliger* 33. Muriatica *Scaliger* 34. Naritam *Scaliger.* Narica (= *νάρκη*) *Buechelerus* bonam] bocam *Winterus cl. Aristoph. Σκηνὰς καταλ. p. 514 ed. Kock.* *ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα Μεστὴν βοάκων ἀπεβάδιζον οἴκαδε* bonam naritam *Scaliger.* et naritam bonam *Muellerus.* bocam, congrum *exempli causa Winterus* et camarum *Scaliger.* et cornutam *O. Muellerus* et phagrum *Winterus.* et tagenia *Scaliger.* et trygona *O. Muellerus* 35. equinos (echinos) fartos *Scaliger.* squillasque *O. Muellerus* 36. *Cf. ad fragm. Amphitruonis*

quae sub finem adnotata sunt (p. 119) et Schroederus in Studemundi Stud. II p. 34 37. deconciliares illi *Scaliger, Bothius.* deconciliares ibus *O. Muellerus* *Cf. Huschkius 'Osk. und Sab. Sprachdenkm.' p. 83* 38. *Vulgo senarium iambicum discribunt hiatu decoratum*

40. Vix supersum dolori qui in dies uae misero mihi ac perdito reglescit magis magisque *Vrsinus supplet.* Vix super ego illi sum dolori, qui in dies uae! misero mihi Perdito regliscit mage magisque *Bothius.* '*Datur tale:* Vix súperaui illa cum ex hac re misero mihi Acér dolor reglescit' *Winterus* 41. Surum non est tibi *ed. Bothius*

42. uerberibus ustam *Vrsinus in Festi verbis corrigit, non recte*

43. Venter suillus * * * dicam suo nomine scrutillum, ego me hodie * * * si quid esset, quod comesa farte biberem *Vrsinus, unde* Ventér suillus * * * (dicam suo sibi nomine Scrutíllum) * * * B. Egomet hodie * * * si quidem Essét comesus: forte biberem *Bothius.* Ventér suillus dístribuatur plúribus. B. Totúm scrutillum ego me hódie esurum réciperem, Si quód comesa fárte biberem essét mihi *Winterus: incerta omnia* 44. *Cf. Neff de Paulo Diac. p. 53* 47. murrinam ⟨dulcem⟩ *supplet Voigtius Mus. Rhen. vol. XXVIII (a. 1873) p. 61, pro qua saltem velut* ⟨optumam⟩ *ponendum erat.* ∪ ⊥ mittebam *e.q.s. Winterus; cf. ad Acharist. II*

49. Quid hoc est? *Seyffertus Stud. Pl. p. 29. Iambicum octonarium agnoscit Fleckeisenus 'Zur Kritik' e. q. s. p. 45.* Quid ést hoc? rugat pállium: Amíctus non sum cómmode *Hertzius olim* 50. exi Daue *Ritschelius Op. II p. 326 adn. trochaeis discriptis: iambicos constituit Fleckeisenus l. s. s. p. 45.* ...exi Túndare, Age spárge *e. q. s. in adn. Winterus.* . . . exí tu Daue, age, spárge: ‖ Mundum ésse hoc . . . nóstra: *Seyffertus* uestra *non prorsus reicit Schoellius* non] nolo *Fleckeisenus: item Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 268 ad Bacchides pertinere putans*

52. *Cf. quae dixi Anal. Pl. p. 110, ubi ludens hunc finxi versiculum:* Nam grándi lieni mínus sunt apta dúlcia 53. *Cf. Otto 'Sprichwörter' p. 272* Anus haec inbellis periculum portenditur *cum aliis Bothius* tegiculum protenditur *Parcus* 57. *An* Quid múrmurillas técum ‖ Et té *e. q. s.?* 58. '*Quod si recte habent, ut probabile est, Noniana, post* leuior es *finis versus fuit' L. Muellerus* *Cf. ad Pers. 244 quae adnotaverunt Ritschelius et Schoellius et glossa Loewio protracta Prodr. p. 289:* Tippula: uermis aquaticus *De tippula forma, pro qua* tipulla *vel* tippulla *proposuerunt Scaliger et L. Muellerus ad Fest. p. 366, 5, cf. Buechelerus Mus. Rhen. vol. XIV (a. 1859) p. 451, Leidolphus de Festi et Pauli locis Pl. p. 234. Denique adde quae Winterus praef. p. 17 exposuit* 59. Nec in machaeram audes *Winterus.* Nec, machaera, mi audes dentes *Bothius,* ab dentes audes *L. Muellerus* *Ceterum etiam alii ita distinguunt:* Nec, machaera, audes *e. q. s.* *Verum nondum inventum est*

60. Inibi intus *Bothius* *Ceterum hoc fragmentum post Rud. v. 779 inserit Bergkius 'Ausl. D' p. 160, male: cf. Schoellii adn.* *De* donicum *cf. Ritschelius Op. II p. 241*

61. *Cf. Buechelerus Mus. Rhen. vol. XXXVII (a. 1882) p. 517*

62. 63. *Recte ad fragmenta rettulit Winterus p. 16: minus recte iudicavit Keilius qui propter similem v. Men. 448 aut ex eadem scaena*

petitum lacunosa aut ex alio poeta petita putat uenerit *Spengelius Caecil. Stat. fragm. p. 58* 64. uendar *tutatur Schoellius. Cf. Lachmannus Opusc. p. 192*

66. *Cf. quae ad Merc. v. 965 adnotata sunt* 67. *Cf. quae attuli ad Curc. v. 228, quo pertinere haec verba coniecit Keilius, minus probabiliter* 68. *Post Militis glor. v. 643 inseri posse monet Ritschelius, quem editores a Pareo Coleri Goldastique suasu inter 638—650 ponunt* 69. *Inter fragmenta recipienda esse post Schoellium ad Truc. v. 268 monuit Winterus p. 18*

71. *Cf. Cas. v. 766* 72. Inscríbam uirgis úlmeis corpús tuum *Bothius Cf. Lorenzius ad Pseud. 523* 73. *Cf. fragm. Vidul. XIII* (paupera haec res est) 74. *Isidori verba haec sunt:* Turdela quasi maior turdus cuius stercore uiscum generari putatur, unde et prouerbium apud antiquos erat, malum sibi auem cacare: *unde* cacat *Burmannus. Cf. Otto 'Sprichwörter' p. 52* 77. 78. *Verba ad Poen. 478 minus recte referri in adnotatione diximus* Te dissipabo *Winterus in adn.* 80. scelerare manus *olim edebatur: cf. Cornic. fr. IV*

81. medicum *Buechelerus De glossis et forma* patago, inis *cf. Loewii Prodr. p. 287, Placidus p. 75, 6 (C. G. L. V p. 37, 27 = 91, 8)* morbus aes *Loewio interpretamentum esse videtur vocis* patagus *sic restituendum:* morbus oris, *non recte Dele ictus: nam de metro nil constat* 82. Qui talist de natis suis *Bothius* 84. *Cf. Loewius Prodr. p. 257, Kleinius Mus. Rhen. XXIV (a. 1869) p. 296, Ind. Ien. a. 1885/6 p. VII, Dammannus de Festo Pseudophiloxeni auctore p. 41* 85. *Adde Nonium p. 557, 5; Isid. Orig. IX 7, 17 Cf. Loewius Prodr. p. 257, Kleinius l. s. s., Ind. Ien. a. 1885/6 p. VII, Dammannus l. s. s. p. 45* 88. Pro Linna *maluerunt* luma *Pareus,* lena *Arevalus,* laena *Reifferscheidius ad Suet. p. 270* cooperta est *inde a Pareo multi* textrina *Pareus.* textrino *Gothofredus* gallica *inde a Pareo multi* Linnam operatast textrix Gallica *Loewius l. s. s. p. 289 dubitanter: cf. Iuv. IX 30* 89. pergas *iam Pareus* promptitas *Pareus* 90. 91. Aereis *Loewius l. s. s.* Aeneis *Winterus dubitat an sit delendum omnino:* Ahenis *formam Plautinam esse monet Kiesslingius Nov. ann. a. 1868 p. 614 Cf. Ind. Ien. a. 1885/6 p. VI sq., Keilius ad Cat. p. 36*

IV FRAGMENTA DVBIA ET SVSPECTA

1. *Cf. quae diximus ego ad Aul. 408 et Reitzensteinius 'Verr. Forsch.' p. 60* 2. *Cf. quae de hoc loco disputavi Ind. Ien. 1893/94 p. IV. Collata glossa Placidi p. 43, 2 (= C. G. L. V p. 21, 36 = 68, 12)* Facili fallacia a fuco dicta *talia olim apud Festum extitisse conieci:* Fucilis fallacia, falsa: dicta autem quasi fucata. *Verba* fucili fallacia *exitus esse senarii videntur. Alia conamina l. s. s. composui (Loewius Gl. Nom. p. 46, Ribbeckius Fragm. Com.² p. 256, Ludwigius Nov. annal. a. 1879 p. 768)* 4. *Cf. Carolus Priebe de Frontone imit. prisci serm. lat. adfectante II p. 6* 5. *Cf. ad Pers. v. 522* perrepsit *Quicheratus* 6. *Cf. Schoellius in ed. mai. Capt. p. 95: '...neque inepte de* Car-

bonaria *cogitaveris a Nonio mox p. 221, 10 commemorata fragm. ⟨II v. 37 W. Adde⟩ III v. 38. W.* (= *Cert. f. fr. 51*) secundum eampse aram aurum abscondidi. *Iam his fragmentis aliquid lucis adfert Petronius c. 38* (*'quom Incuboni pilleum rapuisset, thesaurum inuenit'*) *ipsique fabulae inscriptioni, siquidem proverbii* carbones pro thesauro inuenire *memineris': cf. quae Havetus monuit Rev. de phil. XVI* (*a. 1892*) *p. 72*

7. *Ad eas quae exstant fabulas haec verba spectare non videntur*

10. *Verba ad Merc. v. 66 sqq. pertinere censet Vssingius* ciuitatem *suspectum, quamquam cf. Pers. 420* quando infertur *Bothius.* quom aedi infertur *Schoellius.* quom illi fertur *Buechelerus.* circumfertur *Winterus*

11. *Cf. ad Amph. v. 232, quo tamen haec verba referenda esse minus probabile* Reboo *ex iis quae secuntur ortum esse, dubitare se tamen an grammatico potius quam librariis error tribuendus sit Keilius adnotat*

12. tete *Bentleius ad Terentii locum Ceterum hunc v. cum eo qui sequitur incerta argumentatione ad Bacchides* (*v. 32. 33*) *rettulit Ritschelius Op. II p. 340* 13. facito *Ritschelius*

14. *Alibi Plautum dicere* Flocci facere *monet Lerschius p. 61: verum tamen cf. quae Loewius Gl. Nom. p. 156 exposuit* 15. effer *Mercerus.* ecfer *Bothius Versum e Cistell. 655 vel 709 fictum esse Lerschius putat p. 69 duce Hildebrando. Similia in Rud. IV 4 esse monet Winterus: adde Ter. Eun. IV 6, 15*

16. 17. *Non dubito quin Osbernus Prisciani verba G. L. II p. 108, 19 et 13 contaminaverit: cf. testimonium ad Rud. v. 1325*

18. *Cf. Frochnerus Philol. XXII* (*a. 1864*) *p. 347*

EPILEGOMENA

IN · DEPERDITARVM · FABVLARVM · FRAGMENTA

§ 1. Ex fabularum Plauti nomine illustrium numero magno — ferebantur enim sub illius nomine teste Gellio (III 3, 11) circiter centum atque triginta, cum Servius alios dixisse unam et viginti eum fabulas scripsisse testetur, alios quadraginta, alios centum (ad Verg. Aen. I 1 p. 4, 15 ed. Thil.) — Aelius Stilo quinque et viginti solas esse genuinas existimavit, quo in numero — praeter fabulas Varronianas — fuisse Faeneratricem ex Festo p. 372 merito concluditur (cf. F. MENTZ de L. Aelio Stilone p. 1 Add. 9). Quomodo reliqui qui indices composuerunt — Sedigitus, Accius, Manilius, Claudius, Aurelius — iudicaverint nescimus, nisi quod Accium reiecisse Agroecum, Anum, Bis compressam, Boeotiam, Commorientes, Condalium, Lenones geminos testatur Gellius (III 3, 9), Claudium autem Sitellitergum et Astrabam, Aurelium denique Opilium probasse Artemonem, Cesistionem, Frivolariam, Sitellitergum testimonia videntur indicare (cf. RITSCHELIVS Parerg. p. 243 adn.). Quorum virorum opera innixus Varro 'praeter illas unam et viginti quae Varronianae vocantur, quas idcirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosae non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur, quasdam item alias probavit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit' (Gell. III 3, 3). Harum fabularum numerum fuisse undeviginti — scilicet Saturionem, Addictum, Boeotiam, Nervolariam, Fretum, Trigeminos, Astrabam, Parasitum pigrum, Parasitum medicum, Commorientes, Condalium, Lenones geminos, Faeneratricem, Frivolariam, Sitellitergum, Fugitivos,

Cacistionem (Cesistionem), Hortulum, Artemonem — RITSCHELIVS (Parerg. p. 73 sqq.) egregia commentatione quae est de Plauti fabulis Varronianis demonstrare conatus est: qua in quaestione de singulis quibusdam fabulis dubitari posse neque RITSCHELIVM fugit et monuerunt qui post illum de eadem re quaesiverunt (cf. quae exposuit WINTERVS praef. p. 3, quamvis non omni ex parte recte iudicaverit). Tanta autem Varronis apud Romanos erat auctoritas, ut ab hominibus post ipsum inprimis fabulae Varronianae quae dicuntur legerentur, propagarentur, explicarenter, reliquae mox oblivione obruerentur. Nam — ut taceam de ceteris — neque Gellium ullam ex eis evolvisse, neque Iulium Romanum, neque M. Aurelium imperatorem, quamquam nonnullis ita visum est, existimo: immo quaecumque exstant frustula fabularum praeter Varronianas, primi ante Christum et primi post Christum natum saeculi grammaticis deberi arbitror. Quod cur arbitrer, ex eis quae sequentur satis patebit.

§ 2. Praeter eos qui indices scripserunt glossematumque scriptores et doctos glossographos (de utroque scriptorum genere cf. quae exposui Ind. Ien. a. 1886 p. X sq.: Charisius p. 242,10... *ut in glossis ueterum* = fragm. inc. v. 61), praeter ipsum denique Varronem[1]) (qui tamen ne ipse quidem thesauros glossographicos neglexit) inprimis Verrius Flaccus commemorandus est, qui, etsi Varronis et aliorum grammaticorum libris usus est (quamquam libros de l. l. non videtur attigisse: cf. quae post alios de hac quaestione exposui Ind. Ien. a. 1886/7 p. IV sq.), cur ipsa fabularum exemplaria non adhibuisse operi suo credatur non invenio. Quo de scriptore recte LEIDOLPHVS (Comm. Ien. vol. II p. 203) haec exposuit: 'Reliquae quae nominantur hae sunt: Artemo, Astraba, Carbonaria, Condalium, Cornicularia, Dyscolus, Feneratrix, Friuolaria, Hortulus, Lenones gemini, Neruolaria, Parasitus piger, Saturio, Sitellitergus. Quare si reputamus apud Paulum

1) Cuius libros haudquaquam mendorum immunes fuisse BERGKIVS 'Beitr. zur lat. Gramm.' p. 157 sqq. recte monuit.

quam raro nomina comoediarum afferantur, omnes autem has fabulas praeter Captiuos et Cornicularíam, quarum nomina non occurrunt, dimidio operis Festi eoque igni graviter mutilato commemorari, fortasse multo maiorem fabularum Plautinarum numerum tota Festi epitome commemoratum fuisse non sine probabilitate suspicabimur. Porro cum Festus epitomen Verriani operis fecerit, multo maiorem et fabularum et locorum Plautinorum numerum apud Verrium Flaccum ipsum exstitisse veri simile est'. Ceterum longe plurima eorum quae apud Paulum sunt ad Festum, quae apud hunc, ad Verrium pertinere cum eodem LEIDOLPHO iudico (de ratione quae inter Paulum et Festum intercedit cf. etiam C. NEFF, de Paulo Diac. F. epitomatore, 1891). Eximendi sunt loci, ut Servii ad Georg. IV 497: nam verba Plauti a Servio corrupta et ex Serviano commentario nescio quo modo in Pauli librum tralata cum LEIDOLPHO p. 202 et RITSCHELIO ad Most. v. 218 sq. merito contendit LAEMMERHIRTIVS (de priscorum scriptorum locis a Servio allatis = Comm. Ien. IV p. 375), cuius argumentationem SCHOELLIVS ad Most. v. 218 sq. probavit. — Verrium Flaccum et ex codicibus hausisse multa et ex scriptoribus qui ante eum quaestiones grammaticas tractaverant iam supra commemoravi. Quodsi REITZENSTEINIVS ('Verr. Forschungen' p. 63) suspicatur glossas Plautinas quae in posterioribus Pauli vel Festi partibus positae essent, ex commentariis fluxisse — quam sententiam probat OSCARVS FROEHDE (de Non. Marc. et Verrio Fl. p. 20) — de quorum hominum commentariis cogitaverit vir doctissimus non satis assequor. Nam ne Sisennae quidam commentarium priscae aetati adsignari posse existimo. — De singulis locis cur accuratius disputem non esse puto: illud moneo, WINTERI coniecturam (p. 82 sqq.), qua errore Festi vel potius Verrii duo Stichi versus e Nervolaria adferentis (p. 169, 11 et 197, 20) abusus illos versus revera Nervolariae adscribit, Stichum autem nostram a retractatore ex Sticho genuina et Nervolaria concinnatam esse suspicatur, idoneo fundamento carere. — Ceterum ex Verrio Flacco multi hauserunt, velut Suetonius apud Priscianum I (G.L.II) p. 231 (cf. REIFFERSCHEIDIVS p. 348):

nec dubito quin commentatores Plauti aut Plinius aut Probus hunc thesaurum adierint. Ex Festo hausit Pseudophiloxenus (cf. Ind. Ien. a. 1885/6 p. III, DAMMANNVS de Festo Pseudophiloxeni auctore p. 34), hauserunt alii, de quibus suo loco agetur.

§ 3. De Plinio et Valerio Probo Berytio difficilis quaestio est. Quem ex Acharistione attulit Plinius versum (XIV 92 = v. 2), eum Fabio Dossenno deberi RITSCHELIVS demonstravit Parerg. praef. p. XIII: Saturionis verba e Verrii libro novisse potest. De incerto fragmento (XLIV) res dubia. Praeter haec fragmenta eum plura attulisse in libris dubii sermonis facile credemus: nec improbabile, eum ipsa exemplaria inspexisse. Ex Plinio autem non pauca videtur sumpsisse Caper idemque fortasse de Gellio concedendum: sed haec omnia non tam argumentis demonstrari quam coniectura divinari possunt. Etenim res vel eo impeditur, quod saepius accidit, ut quae ad Plinium revocent alii, eadem ab aliis e Probo repetantur. — Valerio Probo aperte unum testimonium tribuitur a Gellio IV 7, 1 (inc. XLII): eidem STEVPIVS dedit Gellii quosdam locos (VI 9, 7; XVIII 12, 3 et 4: cf. STEVP. de Probis gramm. p. 199): item WINTERVS (p. 11) duce KEILIO (G. L. I p. LI) aliquot locos Diomedis. Eosdem locos BECKIVS ad Plinium referendos esse sibi persuasit (de Valerio Probo Berytio quaestiones novae p. 17 sqq., Stud. Gell. et Plin. p. 14 sqq.). Mihi ut STEVPII ita BECKII sententia in mera coniectura posita esse videtur (cf. Ind. Ien. aest. 1893 p. V, 'Berl. philol. Wochenschrift' a. 1893 p. 1262 sq.). — Quodsi WINTERVS (p. 8) ex verbis 'quae sunt in vita Vergilii Probi commentario praemissa' (*sunt autem astrabae uehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo et Plautus fabulam inscripsit in qua mulieres eiusmodi uehiculis inducit*) apparere dicit Probum ipsas fabulas inspexisse, non desunt quae huic sententiae adversentur: primum enim constat illa verba ex alio fonte adiecta esse quam et antecedentia et sequentia: ex Probo autem petita esse nemo demonstrabit (cf. B. KVEBLERVS de M. Valerii Probi Berytii commentariis Vergilianis. Berol. 1881, Ind. Ien. a. 1893 p. IV, REITZENSTEINIVS 'Epigramm und Skolion' p. 194).

Sed etiamsi Probi haec essent, nescio an a Verrio Flacco peti potuerint, quem de 'astraba' egisse l. s. s. demonstravi.

§ 4. Gellium fabulas, quas se legisse iactat, revera non legisse, sed quae habet vetustioribus scriptoribus debere probabili modo WINTERVS (p. 4 sq.) videtur statuisse. Ex Varrone repetiti sunt versus Freti et Boeotiae, utut de difficultate iudicabis quam 'solaria' creant; ex Varrone etiam Nervolariae versus, quamvis in libris de l. l. Cistellariae continuari videatur (cf. quae p. 181 de hac re congessi). Ad locum qui est XVIII 12, 3 et 4 pertinent, quae modo de Plinio et Probo dixi; item ad VI 9, 7. Quod reliquum est fragmentum XI 7, 5 ex glossographorum libro nescio quo — velut e Verrio Flacco — petitum esse non improbabile videtur (cf. Ind. Ien. aest. 1893 p. V). His adde quae de Gellii fide post MERCKLINVM exposuit KRETSCHMERVS (de A. Gellii fontibus), quibus tamen abusus est BECKIVS l. s. s. Nam ut facile credi potest Gellium quo lectores caperet lepidulas occasiunculas quibus quae profert deberet excogitavisse, ita cur Probo tribuerit ex Plinio petita nulla ratio in promptu est.

Flavio Capro, de cuius scriptis accurate disseruit GODOFREDVS KEIL a. 1889 (= dissert. Hal. vol. X p. 243 sqq.), aperte adscribit Frivolariae versum unum Priscianus I (G. L. II) p. 188: eidem Commorientium versum (a Prisciano I [G. L. II] p. 280, 15 allatum) collato Charisio p. 88, 11 et 120, 14 dat WINTERVS p. 12. Eodem loco WINTERVS Caprum doctrinam Probi, cuius vestigia apud Priscianum I (G. L. II) p. 489, 17 (Par. med. IV: cf. Diom. p. 373, 17—374, 2) extarent, porro Lipargi locum apud Priscianum I (G. L. II) p. 522, 14 et Carbonariae fragmentum (Prisc. I [G. L. II] p. 516, 11) propagasse non improbabiliter coniecit. Ex Capro denique Iulium Romanum, Servium, Nonium multa hausisse infra memorabitur. Ipsas fabulas Caprum inspexisse vix credam: excerpsit non modo Probi aut Plinii scripta, sed etiam aliorum, ut Tironis et Verrii Flacci.

Commentatores Plauti qui secundo floruerunt saeculo utrum Plauti fabulas praeter Varronianas inspexerint necne dici nequit: neque magis numquae fragmenta Plautina inde ad posteros propagata sint, quamquam

non improbabile duco Noniana quaedam et Donatiana iis deberi.

Porphyrio, qui ex Varronianis fabulis undecim locos attulit, unum (inc. fab. XLVIII) ex ceteris fabulis fragmentum servavit: quod unde fluxerit — agitur de proverbio — et per quos rivos venerit nescitur. Sinnium Capitonem de proverbiis docte disputasse nota res. Nec magis de Pseudacronis loco (inc. fab. XLIX) quidquam constat.

Marcum Aurelium unicum Colacis fragmentum ex exemplari hausisse improbabile est: quamquam et ipsum et Frontonem fabulas Varronianas legisse ex imitationibus apparere videtur quas congessit CAROLVS PRIEBE (de M. Cornelio Frontone imitationem prisci sermonis latini affectante. Sedini 1886 II p. 3 sqq.).

De Suetonio Tranquillo conferenda sunt quae § 2 exposui et §§ 6 et 7 exponam.

§ 5. Iulius Romanus, cui sua debet Charisius, multa e Capri libris derivavit: ex quibus fluxisse quae de 'commodo', 'donicum', 'butubatta' proferuntur p. 193, 15 = 196,9, p. 197,18, p. 242,10 coniecit WINTERVS p. 10: quod ita se habere potest. Fragmenta Caeci vel Praedonum, quae Romanus servavit omnia, unde petierit dici nequit. Quodsi WINTERVS ex collatis his verbis *Plure aut minore emptum antique dicebant. Cicero 'plure uenit' et Lucilius 'plure foras uendunt'. sed consuetudo pluris et minoris dicit* (Charis. p. 109,10) = *Plure Plautus in Caeco uel Praedonibus 'plure altero tanto quanto eius fundus est uelim'. Cicero quoque 'plure uenit', Lucilius 'plure foras uendunt quod pro minore emptum' antique* (Charis. p. 211, 27) et similibus locis apparere putat Caeci versus non ad communem fontem, h. e. Caprum, redire, hoc mihi non tam certum videtur. Sed etiamsi rem ita se habere certum esset, ne tum quidem coniectura probabilis videretur, qua RITSCHELIVM secutus (Parerg. p. 157) ille censet ipsum fabulae exemplar Romanum evolvisse: multa enim praesto erant glossaria, de quibus monet FROEHDIVS (de C. Iulio Romano p. 651), exstabant lexica velut Caesellii Vindicis et varia genera collectaneorum, quae vel ipse vel is quem secutus est adhibere potuit.

Nonius Marcellus, qui fabularum Varronianarum ingentem numerum locorum attulit, ex ceteris fabulis circiter 26 exempla habet. Quem cum locos illos ex commentariis una cum interpretamentis hausisse SCHMIDTII auctoritate moti multi statuerint (cf. SCHMIDTIVS de Nonii Marcelli auctoribus grammaticis p. 34 sqq., REBLINVS de Nonii M. locis Plautinis p. 3 sqq., Ind. Ien. a. 1890/91 p. VII sq.), nuper praeeunte ex parte NETTLESHIPIO ('Lectures and Ess.' p. 277 sqq.) FROEHDIVS (de Nonio Marcello et Verrio Flacco) Nonium locos poetae ex ipsis fabulis congessisse, interpretamentorum vero permulta ex aliis libris velut ex Verrio Flacco adiecisse contendit: contra quem quae dixi in BVRSIANI annal. LXVIII (a. 1891) p. 148, nunc Verrianis et Nonianis glossis iterum inter se comparatis non est cur improbem. Ex illis certe exemplis quae FROEHDIVS attulit Nonium librum Verrii Flacci excerpsisse nullo modo apparet. Si usus est Nonius, certe non multa inde transcripsit: quod si fecisset, planiora et plura eius rei vestigia non dubito quin fuerit relicturus. — Ex recentiorum autem grammaticorum numero Nonium inprimis Capri copias expilasse LVCIANVS MVELLERVS Quaest. Non. p. 254 cum aliis rectissime exposuit (cf. H. KEILIVS G. L. V p. 570, WINTERVS p. 10, ut alios mittam). Ex Capro igitur fluxit Agroeci versus (p. 196, 34: cf. G. KEILIVS l. s. s. p. 48, WINTERVS p. 10); quibus nescio an addendi sint hi: p. 217, 12 (= Dub. V); 220, 11 (Cornic. VI); 221, 13 (Carbon. II). Nam Nonium haec exempla ex ipso Probo petiisse, quae HERTZII et KRETSCHMERI fuit sententia, recte negavit H. KEILIVS G. L. V p. 570. — Ex Gellio (XI 7, 5) manasse quae p. 69, 24 leguntur HERTZIVS Opusc. Gell. p. 89 et 102 auctor est, impugnatus a nonnullis, a nullo refutatus. De ceteris locis nihil adfirmare audeo. Cf. § 4.

§ 6. De Servii brevioris locis accurate disputavit LAEMMERHIRTIVS in Comment. Ien. vol. IV p. 311 sqq. aliorum virorum doctorum sententiis docte et diligenter examinatis. Quem si sequimur, fragmenta incerta LXVI et LXIX Capro debentur (p. 397 et 395), fragmenta incerta LXXI (p. 381), LXVII (p. 378), LXX (p. 383) commentatori, qui Plinianis excerptis alia adiecit, fragmentum incertum LXVIII

et LXV Donato (p. 348 et 361: illud fortasse ex Verrio Flacco derivandum esse exposui Ind. Ien. a. 1885/86 p. V), fragmenta LXXII (p. 330 et 332), LXVIII (p. 333), Dub. fragm. VII (p. 333) obtrectatoribus Vergilii. De nonnullis rem perdubiam esse ipse scriptor monuit: quod commemorasse satis habeo. — Ad brevioris Servii testimonia accedunt quae Servius plenior solus habet. Quem cum a genuino Servio disiunxerit THILO, nuper ALFREDVS MOELLER (Quaest. Serv. ed. Kilon. a. 1882) duce ex parte NETTLESHIPIO ('Lect. and Ess.' p. 325 sqq.) denuo eo pervenit, ut 'pleniorem Servium aut exemplar archetypum cum amplius tum planius breviore Servio servasse aut fontem atque auctorem commentarii ab illo decurtati fuisse' sibi persuaderet. Qua in re virum doctum opinionem fefellisse existimo: certe loci quibus usus vel potius abusus est ad suam sententiam fulciendam aut nihil probant aut non id demonstrant, quod demonstrandum sibi proposuerat scriptor. Fragmenta autem quae plenior Servius addit unde sumpta sint nescimus: ex perbono ea fluxisse fonte — nimirum ex grammaticis libris — WINTERO adsentior.

De Charisio § 5 satis mihi egisse videor. — Donatus quae adfert nescio an ex parte commentariis debeat. — De Diomede pauca dixisse sufficiet. Etenim quae p. 383, 15 et 401, 5 habet, item p. 345, 5 et 368, 25, unius esse fontis ex eis quae KEILIVS G. L. I p. LI sq. et STEVPIVS p. 190 sqq. exposuerunt probabile esse existimo: quae utrum ex Capro an ex ipso Probo (vel Plinio) Diomedes petiverit expediant qui nocte plus quam die vident. De loco qui est p. 458, 25 cf. quae supra dixi de Servio et dicam de Isidoro § 7.

Quae Plotius Sacerdos p. 472, 25 (= Probi Cathol. p. 8, 4) et p. 491, 4 (= Probi Cathol. p. 38, 32) tradit, una cum eis quae Charisius p. 59, 11 sqq. habet antiquissimis grammaticis tribuenda sunt; item quae de *cette* profert idem Plotius cum Cledonio, Pompeio, Phoca. — De Fulgentio nihil habeo quod addam. — De Macrobii tribus testimoniis nihil affirmare possumus.

De Prisciano conferenda sunt quae § 4 exposui. Praeter

ea quae ex Capro fluxerunt respicienda sunt quae ex Suetonio transcripta esse videntur (cf. § 2). De altero fragmento (Frivolariae II = G. L. II p. 271, 2), quod WINTERVS p. 13 ad librum 'de vitiis corporalibus' rettulit, res incerta.

§ 7. Isidorus sex fragmenta servavit, unum cum aliis (inc. LXVIII), quinque solus (inc. LXXVIII—LXXXII). Ex eis quae solus servavit unum est quo Placidi glossa spectet: itaque vix dubitari potest, quin ad vetustum et bonum fontem redeat quod ibi legitur (cf. Paulus p. 39, 3). Cum inc. fragmento LXXIX Servii locum (ad Georg. I 141) contulit THILO. Ex quinque illis locis cum quattuor ex libris XIX et XX petiti sint, cumque duo instrumenta tractent, duo vestimenta, de Suetonio haud temere cogitabis (cf. REIFFERSCHEIDIVS p. 270 sqq.). De fragmento ex quinto Originum libro desumpto cf. Paulus p. 114, 8 et 110, 22 (adde eiusdem Isidori Orig. X 149). De fragmento quod exstat Orig. I 36, 9 cf. quae dixit LAEMMERHIRTIVS l. s. s. p. 348: adde quae supra p. 196 adnotavimus.

Pseudophiloxenus duo fragmenta habet, ex quibus alterum bis traditur. Tertium, quod fragmentis Plautinis adiecit VVLCANIVS in Notis ad Pseudophil. p. 4, abiciendum est. Pro eo enim quod STEPHANVS exprimendum curavit 'Adfatio *ἐπίλογος, πρόφασις, προσομιλία, ὥς πλούσιος*' VVLCANIVS '*ὡς Πλαῦτος*' proposuit: quae coniectura nova editione (C. G. L. II p. 7, 8 sq.) facile refutatur. Nam *ως πλουσιος* litterae ad antecedentem glossam referendae sunt (*ἐκτενῶς, πλουσίως*): quibus expositis non est cur aliorum conamina percenseam (cf. KLEINIVS Mus. Rhen. vol. XXIV a. 1869 p. 295 sq.). Ceterum auctorem glossarii haec fragmenta ex Festo sumpsisse et olim conieci (Ind. Ien. a. 1885/6 p. VII) et DAMMANNVS l. s. s. confirmavit. Inter glossas Pseudophiloxeni etiam alias esse quae ad fragmenta Plauti deperdita revocari possint facilius conicies quam demonstrabis.

Osbernum quae exhibet fragmenta ex Macrobio, Prisciano, Paulo exscripsisse iam LOEWIVS Prodr. p. 254 sq. exposuit. Duo tamen 'fragmenta' solus auctor Panormiae servavit, quae mihi admodum suspecta esse videntur. De posteriore cf. Ind. Ien. a. 1885/6 p. III sq., ubi vix recte

coniectura haec verba ad Festi ipsius librum revocavi. De priore loco vide quae in appendice adnotata sunt.

Placidum, qui immerito in codice Corsiano 'in Plauti comoedias' glossas scripsisse dicitur, non modo Plautinas glossas continere, sed e multis scriptoribus et poetis collectas LOEWIVS Prodr. p. 154 recte monuit. Haud paucae glossae ad fragmenta videntur spectare, quae Plauti esse ex certis testimoniis constat. In reliquis quoque aliquot fragmenta Plautina latere minime improbabile puto: sed quis demonstrabit hanc vel illam glossam iure Plautinam haberi? Neque enim prisca forma satis est argumenti neque ex vicinia Plautinarum glossarum certi quidquam colligi potest: ut ne tum quidem de Plautina origine constet, si duabus glossis certe Plautinis tertia inserta sit, quae per se Plautina esse possit. Hinc caute accipienda quae REITZENSTEINIVS 'Verr. Forsch.' p. 59 dicit: 'Das nächste Wort *Coniuula* ist in den erhaltenen Stücken nirgends überliefert. Doch hat Placidus S. 28, 3 unmittelbar nach der Plautinischen Glosse *Conspicillo* in einem Abschnitt, der fast ganz auf einen Plautuscommentar zurückgeht: *Coniuolis, crebro nutantibus.* Man darf daher annehmen, dass das Wort entweder in dem verlornen Theil der Cistellaria oder in einem nicht erhaltenen Stück des Plautus stand'. Cf. idem p. 65. Quae cum ita sint, ex Placidi copiis Plauti fragmenta augere nolui, quamquam haud pauca insunt, quae prae se ferant speciem Plautinissimam. Longe aliter res in Festi vel Pauli libro se habet.

Ceterum Placidi glossas ubi cum Festinis congruunt non ex Festo fluxisse LOEWIO Gl. Nom. p. 95 assentior: nam saepe fit, ut casuum vel coniugationis formas genuinas servaverit Placidus, cum Festus nominativum vel infinitivum substituerit: sequitur ut uterque ex eisdem vel similibus libris glossographorum vetustiorum pendeant.

§ 8. Primus colligendis fragmentis operam dedit non CHARPENTARIVS (cf. RITSCHELIVS Op. II p. 77), sed unus ex eis, qui editionem curaverunt hoc titulo inscriptam: 'Plautus cum correctione et interpretatione Hermolai Merulae Politiani et Beroaldi et cum multis

additionibus', quae 'sine loco et anno' prodiit (intra annos 1494 et 1499: cf. RITSCHELIVS Op. II p. 44). Huic editioni praemissa sunt aliquot fragmenta cum hac inscriptione: 'Ex multis Plauti Comoediis amissis hae reperiuntur citatae a grauissimis auctoribus: Mar. Tull. Cicerone Au. Gellio Nonio Marcello Festo Pompeio et Prisciano'. Sunt 31 versus sine certo ordine positi, quibus admixta sunt aliena (velut de Synephebis: 'de hac Mar. Tull. Cicero in libro de natura deorum', de Moecho 'de hac Au. Gellius libro primo Cap. septimo, Epodi [h. e. Epidici] versus duo, 'Polegus' cum versu Capt. 569): Astrabacum (15); Carbonaria (51); Commorientes (59); Cornicularia (66, 65, 64, 67); Friolaria (84, 79, 89); Lenones (92); Lipargus (93); Neruus (99); Medicus (102); Plocium (110); Saturio (111); Stematicus (115); Vidularia (93, 103, 100, 105, 109, 102). His autem CHARPENTARIVS in editione anni 1513 ita usus est, ut fabulas ad alphabeti ordinem digereret, ex Vidularia unum fragmentum omitteret, ne hilum quidem adderet, nisi quod titulum vel praefationem his verbis auxit: 'quas ordine litterarum disposuimus'. Cf. de hac re BRANDTIVS Mus. Rhen. vol. XXXIII p. 630.

Multo melius de his fragmentis meritus est GEORGIVS FABRICIVS, cuius nova collectio quamquam iam anno 1550 CAMERARIO est tradita, ut docet FABRICII epistula fragmentis praemissa, tamen una cum editione anni demum 1558 in lucem prolata est. 'Ex antiquis Grammaticis', verba sunt FABRICII, 'dum alia inuestigo, locos, ut uides, Plautinos collegi, quos ad te mitto, tuoque iudicio permitto, quicquid de iis statueris'. Priore parte continentur 'loci ex XLI. amissis Plauti comoediis, a Grammaticis latinis citati', posteriore 59 'loci alii ex amissis citati, non addito Comoediae nomine'. Hanc collectionem pro subsidiis illius temporis laude non indignam — cf. RITSCHELIVS Op. II p. 113 — repetiit auctam aliquot fragmentis (velut Addicti v. 3 et 4 Clitellariaeque fragmento uno ex Fulgentio) et adnotationibus PETRVS DANIEL (HAGENVS 'der Jurist und Philolog P. D. aus Orleans' ed. Bern. a. 1873 de hac re tacet) vel potius IACOBVS ELIAS in fine commentarii Lambiniani a. 1576

his verbis additis: 'Adiunximus Plautina loca ex antiquis Grammaticis a Georgio Fabricio collecta, et a Petro Daniele Aurelio doctissimo viro quibusdam in locis correcta et aucta'. DANIELEM denique secutus est TAVBMANNVS in prima editione, quae prodiit anno 1605.

§ 9. Denuo circa Plauti fragmenta studium flagrare coeperat auctore IOSEPHO SCALIGERO, qui non modo per epistulam a TAVBMANNO novam collectionem expostulaverat — ut TAVBMANNVS in praefatione collectionis novae anno 1612 emissae testatur —, sed ipse haud pauca margini adscripsit, quibus postea TAVBMANNVM usum esse facile demonstrari potest, cum adnotationes marginales SCALIGERI haud paucae etiamnunc extent (cf. RITSCHELIVS praef. Pers.[2] p. XVI). De sua autem opera haec scribit TAVBMANNVS (in edit. a. 1612 p. 1234): 'Aliis . . . cunctantibus, aut prorsus forte nolentibus, ego hanc operam sumere coactus fui: quod in priori editione a me fieri debuisse, per epistolam Scaliger expostulaverat. Cumque ad finem spectaret typographus, (nam Trinummus iam procedebat) relictis omnibus rebus, dieculas aliquot huic curae impendi, et opera tumultuaria, quod exhibeo, concinnavi'. Correxit igitur TAVBMANNVS aliquot errores FABRICII, adiecit locos non ita paucos, in his 'Clitellariae' fragmenta, quo nomine Astrabam dici opinatus est cum SCALIGERO (Coniect. Varron. p. 142 ed. Varron. a. 1573), adnotationibus haud pauca fragmenta illustravit et mendis liberavit, usus SCALIGERI inventis multo saepius quam disertis verbis monet. Ceterum tumultuariae operae vestigia minime desunt.

TAVBMANNVM excipit PAREVS, qui cum in editione prima (anni 1610) Danielina fragmenta recepisset, mox ipse rem aggressus est. Reprehendit quicumque ante eum fragmenta tractaverant: aut enim Plauto tribuisse quae eius non essent, aut inter fragmenta attulisse versus, qui in fabulis superstitibus locum haberent, aut denique mendis multis contaminata protrusisse ἀποσπάσματα. Sed quod aliis opprobrio vertit, ne ipse quidem fugit, etsi haud pauca ei prospere cesserunt. Certe iniquius est IANI GRVTERI iudicium, qui solita acerbitate in PAREVM anno 1621 invectus est: 'eum in

omnibus secutum esse TAVBMANNVM, contentum aliquoties transponere hoc illudque aut addere fragmentum nullius momenti. Nam ipse GRVTERVS, qui TAVBMANNI operam non semel supplevit et correxit, in multis PAREVM tacite secutus est, quamquam eum de suo nonnulla addidisse minime nego. Ac ne tertia quidem PAREI editio (anni 1641) prorsus neglegi potest. A GRVTERO, non a PAREO, pendent GRONOVIVS, ERNESTIVS, alii. GVYETVS utrum fragmenta attigerit necne nescimus: in editione quam curavit MICHAEL DE MAROLLES fragmenta non insunt: exemplaris Parisini, de quo egit BENOISTVS ('Melanges Graux' p. 461 sqq.), pars prior tantum videtur extare, cuius ultima fabula est Mercator. — BENTLEI adnotationes exstant paucissimae: cf. SCHROEDERVS 'Richard Bentley's Emend. z. Pl.' p. 59.

§ 10. Anno huius saeculi decimo cum FRIDERICVS HENRICVS BOTHE Plauti fabulas 'in usum elegantiorum hominum' ederet, tertio volumini (a p. 541—571) fragmenta inseruit et ea quae ad Varronianas fabulas pertinent et reliqua, usus eis quae GRVTERVS cum TAVBMANNO et PAREO proposuerat, sed ut adderet nonnulla, velut aliquot locos ex Festo et Paulo petitos, alia consulto omitteret, omnia recenseret, non pauca emendaret. Idem in quarto volumine a p. 833—850 adnotationes ad fragmenta addidit. A priore editione differt altera, quam anno 1821 emisit, in qua compluria adiecit — in his frustula Vidulariae a MAIO edita et Colacis fragmentum e Frontone ab eodem protractum —, pauca abiecit, non ita pauca retractavit. De coniecturis BOTHII partim scite inventis partim perversissimis idem dicendum, quod in fabulis Varronianis satis superque monuerunt alii. A BOTHIO pendet WEISIVS, nisi quod singulis quibusdam locis suam viam secutus est.

Ex omnibus qui hoc saeculo Plauti fragmenta attigerunt principem locum obtinet FRIDERICVS RITSCHELIVS, cuius felicissimis auspiciis haec Plauti editio olim incohata est. Qui quanto successu falsas priorum opiniones refutaverit, titulos correxerit et illustraverit, verba ipsa mendis purgaverit, nova fragmenta antea collectis adiecerit, non est cur accuratius exponam. Ipsam editionem fragmentorum,

quam adornare coeperat, quominus perficeret, fata prohibuerunt. Quod edidit specimen in Act. Soc. phil. Lips. vol. VI p. 365 sqq. una cum eis quae manu scripta reliquit, CVRTIVS WACHSMVTH tertio opusculorum volumini inseruit (p. 177—203): praeterea paucae schedulae inventae sunt, quibus aliquoties usus sum.

Anno huius saeculi octogesimo quinto FRANCISCVS WINTER, Bonnensis disciplinae alumnus, laudabili studio nec sine successu Plauti fragmenta collegit et tractavit, prolegomenis et verborum indice instruxit, adiutus in ea re maxime FRANCISCI BVECHELERI auxilio: utriusque inventa saepius in meum usum converti.

Anno 1887 REITZENSTEINIVS librum de Verrio Flacco ('Verrianische Forschungen') edidit, quo fragmentorum numerum ex Pauli epitoma feliciter auxit.

Editionibus Festi a THEWREWKIO incohata (magis etiam tabulis codicis Farnesiani ab eodem publicatis), Varronis ab ANDREA SPENGEL post patris obitum curata, Nonii a LVCIANO MVELLER, Gellii a MARTINO HERTZ, Servii a GEORGIO THILO, grammaticorum ab HENRICO KEIL factis quantopere adiutus sim ex ipsa adnotatione facile patebit.

§ 11. VIDVLARIAE fragmenta Ambrosiana primus tractavit ANGELVS MAIVS (M. Acci Plauti fragmenta inedita a. 1815 p. 31 sqq.); a quo pendet WEISIVS cum BOTHIO. De MAII lectionibus paucis disputavit RITSCHELIVS in epistula ad GODOFREDVM HERMANNVM data (Op. II p. 177 sq.). Eadem fragmenta tangit GEPPERTVS 'Ueber den Codex Ambros. und seinen Einfluss auf d. Pl. Kr.' p. 6, 31, qui pauca verba feliciter eruit. Post hos STVDEMVNDVS 'ab anno 1864 gallae vi temporumque iniuria pessime habitas membranas iterum iterumque' inspexit 'neque prius de enucleanda pristina lectione' desperavit 'quam aut certo aut probabiliter saltem de argumento Vidulariae constaret'. Atque anno 1870 (in indice Gryphiswaldensi anni 1870/1871) egregiam illam commentationem quae est de Vidularia Plautina edidit. Sed nondum sibi satis fecerat: reversus ad palimpsestum omnia denuo examinavit et prologi fragmenta quaedam ex pagina ceteris multo peius habita incredibili

constantia expiscatus est. Huius paginae imaginem commentationi alteri adiecit quae legitur in Actis congreg. philol. XXXVI p. 33 sqq.: qua commentatione[1]) cum de argumento fabulae optime disputavit tum fragmenta ipsa secundis curis tractavit. STVDEMVNDI editionem secutus est WINTERVS, nisi quod locos quosdam modo ex suis modo ex BVECHELERI coniecturis refinxit. Ipse anno huius saeculi duodenonagesimo STVDEMVNDI lectiones cum laceris foliis libri rescripti iterum contuli, non quod sperarem me plura quam illum eruturum esse, sed ne magis quam res ferret ab alieno labore penderem. Apographum STVDEMVNDI anno 1889 prodiit. — Ipsae autem reliquiae miserae quae extant sic videntur dispositae fuisse:

483. 484 exitus Truculenti
243. 244 Vidulariae didascalia? 1—17
A a
B b
C c
D d
E e
493. 494
} LXIII

F f
245. 246. 18—36; 37—55
G g
H h
I i
K k
247. 248. 56—72; 73—91
L l
} LXIV

Qua de distributione haec sunt SEYFFERTI verba apographi p. XXV: 'Quodsi illi folio 483/484, ut aliter fieri non potest, primus quaternionis LXIII locus tribuitur, magna de folio 243/244, in cuius pagina aversa scriptus est Vidulariae prologus, existit difficultas. Sive enim id secundum quaternionis illius fuisse statuimus, pugnat hoc cum illa fasciculos componendi norma, ex qua potius esse debet tertium, cum pagina recta interior, aversa exterior sit, sive

1) Partem eorum quae insunt emisit scriptor in 'Rivista di fil.' vol. XI p. 321 sqq.

suum i. e. tertium locum tenuisse putamus, frustra quaeritur, quid tandem in folio secundo exaratum fuisse existimandum sit; nam in medio quaternione totum folium scriptura vacavisse nullo huius codicis exemplo probatur. Concedendum igitur videtur librarium in hoc fasciculo componendo a sollemni ratione aberravisse. — Foliorum denique par, quod praeterea ad Vidulariam pertinere paginarum titulis constat, quoniam et paginae prima quartaque exteriores, secunda atque tertia interiores sunt neque alterius folii contextum altero continuari manifestum est, secundum illam normam in suo quaternione eum ipsum locum tenuit, qui ei in apographo tributus est, ita ut prius folium secundum, posterius septimum fuerit quaternionis. Hunc autem fuisse LXIIII, non LXV ea re probabile fit, quod tres illae scaenae, quarum fragmenta in his foliis extant, ad mediam potius fabulam spectare videntur quam ad extremam'. Cum autem Poenuli quae sequitur versus 282 sqq. folium secundum quaternionis LXVII occupent (cf. praef. Poen. p. V), recte STVDEMVNDVS initium eiusdem fabulae, quod periit in Ambrosiano, in foliis 2—8 quaternionis LXVI extitisse computavit; quod si probamus, eidem assentiemur, exitum Vidulariae in primo eiusdem quaternionis folio locum habuisse: unde apparet olim 24 folia hanc fabulam continuisse, h. e. 912 versus, si titulorum et bipertitorum versuum rationem non habebimus.

De argumento fabulae non habeo quod ad ea quae STVDEMVNDVS exposuit addam. De singulis locis quibusdam quid iudicem in appendice monui. Cum ex fabulae titulo et argumento tum ex prologi v. 6, ubi Schedia commemoratur, STVDEMVNDVS Diphili *Σχεδίαν* a Plauto esse translatam speciosa coniectura censuit. Conferenda tamen sunt quae SCHOELLIVS praef. Rud. p. VII adn. de eadem re exposuit.

Haec habui quae recensioni fragmentorum adderem. Restat, ut viris coniunctissimis, quorum auxilio etiam in hoc opusculo usus sum, debitam persolvam gratiam: ALFREDO FLECKEISEN, FRIDERICO SCHOELL, OSCARO SEYFFERT.

Ienae m. Mart. a. MDCCCXCIV.

G. G.

3 6105 013 392 910

Stanford University Libraries
Stanford, California

Return this book on or before date due.